UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Sermones magistri Nicolai deniise sacre pagine professoris

De Tempore Hyemales

**Denisse, Nicolas**

**[Augsburg], 1510**

**VD16 N 1513**

Sermo post meridiem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30599**

Visual Library

ꝑene bone indolis cui ſtudium erat ſemel ad minus dominicã paſſionez ꝯcurrere in die: In quo ꝑ medium circiter annũ tantam ſuſtinuit difficultatẽ vt q̃ſi nihil valere huiuſmõi meditatiõz arbitraret̃: poſtmodũ autẽ in angulo chori conuerſus diutius ac deuotius orationi incumbens diuinum implorãs auxiliũ: Cũ autẽ ab oratione ceſſaſſet ⁊ ſurgẽs ab oratõne ad altare tranſiſſet: ecce pius Jeſus aſtat ante altare quaſi pendens in cruce qui brachia a cruce abſtrahens/ ſeruũ ſuum amplexatus eſt ⁊ tanq̃ꝫ ſibi precordialem ad pectus ſuum attrahẽdo ſtrixit. qui in illa hora tantam accepit gratiã lachrymarũ vt vix eius oculi ſiccarent̃. Poſtea igit̃ i meditatõe dominice paſſionis feruebat ⁊ tãtam in ea ſentiebat dulcedinẽ vt ⁊ palmã martyrij plurimũ affectaret. Si ergo (vt ait Bernard⁹) noſtra quotidiana lectio: paſſionis chr̃i meditatio.

Terti⁹ articulus ꝑncipalis ſed breuiſſimus. Audiſtis ⁊c. Et caſum horuz multũ conſiderare debemus. Jura enim dicunt. Cauſa ſemꝑ conſideranda ex qua aliquid factũ ſit. ff. de furtis. l. vex. ⁊ de detractionib⁹. cap̃. vlti. ⁊. v. q. v. Nõ omnis. Attendite ⁊ notate quoniã ꝓpter vos oĩa ſupradicta ⁊ dicẽda poſterius chriſtus ſuſtinuit: ⁊ omniũ iſtoꝝ cauſe eſt amor quez ad nos habuit: vt ⁊ nos eum diligamus. Audite Si quiſpiã mortis reus iam captus eſſet ⁊ vinctus a nuncijs regis ⁊ veniret ꝓprius fili⁹ regis auferẽs manu ſua chordam ⁊ collo ſuo imponẽs offerens ſe ad moriendũ pro eo: Nonne multum deberet eum diligere: ⁊c. Expone ⁊ applica: Notando ꝙ obedientia eſt chorda quam attulit chr̃s ⁊ per eam ſuſpenſus eſt in patibulo crucis pro peccatis noſtris. Rom. iiij. Traditus eſt ꝓpter delicta noſtra:

¶ Sermo poſt meridiem.

Ecce aſcẽdimus ⁊c. Hũiliauit ſemetipm factus obediens vſq₃ ad mortẽ: mortem autẽ crucis. Philip. ij Sic ſe humiliauit vt aſcenderemus hieruſalem. Sunt autẽ in illis verbis apoſtolicis tria cõtemplanda: Mirãda redẽptoris humiliatio: Humiliauit ſe. Commendanda humiliatiõis ꝑfectio: Factus obediens vſq₃ ad mortẽ. Memorãda ꝑfecti̇ois oſtenſio: Mortẽ autẽ crucis. De ꝑmo Phil. ij: Semetipm exinaniuit. De ſecũdo Bern. Memẽtote fratres/ chriſtus ne ꝑderet obedientiã: vitam ꝑdidit. De tertio Sap. ij. Morte turpiſſima cõdemnem⁹ eum

Primⁿ⁹ articul⁹. An de decuerit chriſtum mori in cruce. Q, nõ. Dic Damaſce. ꝙ nõ decuit chriſtũ aſſumere paſſiones deteſtabiles: ſed mors crucis maxime videt̃ deteſtabilis ⁊ ignominioſa. Cõtra Heb. xij. Suſtinuit crucẽ ꝯfuſiõe ꝯtempta. Rñdet Tho. iij. par. Conuenientiſſimũ fuit chr̃m pati mortẽ ꝓpter m̃ltas rationes quaꝝ tres tm̃ notabim⁹. ¶ Prima quia hoc erat cõueniẽs ſatiſfactõni ꝓ peccato puniri parẽtis. qd̃ fuit ex eo ꝙ pomũ ligni vetiti ſumpſit. Unde cantat eccleſia. De parẽtis ꝓtoplaſti fraude ⁊c. et in ꝑfatione. Qui ſalutez generis humani in ligno crucis conſtituiſti ¶ Secũda qꝛ hoc nobis aſcenſum parauit in celum: vt Chryſ. dicit. Unde Grego. nazanzenus. Figura crucis a medio ꝯtactu in q̃ttuor extrema partita ſignificat virtutẽ ⁊ ꝓuidentiã eius qui in ea pependit vbiq₃ diffuſam. Chryſ. etiã dicit: ꝙ in cruce extenſis manib⁹ morit̃ vt altera manu veterẽ populum: altera eos qui ex gentib⁹ ſunt trahat. Cum aũt dicit̃: ꝙ nõ debuit aſſumere paſſiones deteſtabiles: veꝝ eſt de illis q̃ ꝑtinent ad defectũ ſciẽtie vel gr̃e vl' virtutis: nõ de illis que pertinẽt ad iniuriaꝫ ab exteriori illatã. Quinimo vt dicit̃ Hebreoꝝ. xij. Suſtinuit crucẽ confuſione cõtempta. Hec ex Tho. ¶ Pro fundamento. Multũ eſt laudabilis patiẽtia maxime in aduerſis ꝑſeuerãdis ꝓpter bonũ cõmune. Ariſto. in Ethi. Laudabilis eſt fortis circa maxima mortis pericula virilit̃ agens in quib⁹ bonũ eſt mori ꝓ ſalute cõmunitatꝭ. Multũ ergo laudabile fuit ſuſtinuiſſe mortẽ crucis ꝓ ſalute totius generis humani: que vtiq₃ eſt mors ignominioſiſſima: acerbiſſima: ſꝫ hanc acerbitatẽ vicit chr̃i pietas. iuxta illõ Virg. ſ. eneid.

# In die Paraſceues

Uincit inter durū pietas Cū ergo queri tur an decuerit ⁊c̄. dic rn̄. vt ſupra. Ex q̄ cōclude q̄nta ſit ad crucē habēda reuerē tia Gal. vj. Mihi autē abſit gloriari niſi in cruce dn̄i noſtri ieſu chri. Hec eſt em̄ ſcala per quā aſcendēdū eſt in celū. ¶ Fi- gura. Gen̄. xviij. Uidit iacob ſcalā ſumi- tas eiꝰ celos tangebat ⁊ dn̄m innixū ſca- le. ⁊c̄. Expone de cruce notādo illō Ber. Quis miſcdie tue o crux bn̄dicta digne queat inueſtigare longitudinē latitudinē ſublimitatē ⁊ ꝓfunditatē. Nam lōgitudo tua vſqꝫ ad diē nouiſſimū inuocantibꝰ ſub ueniet vniuerſis: latitudo tua replet orbē terrarū: ſublimitas tua ſupne ciuitatꝫ in uenit reſtaurationē: ꝓfūdū tuū ſedentibꝰ in tenebris ⁊ in vmbra mortis obtinet re demptionē.

Secūdus articulꝰ: in ꝓceō. ſermo. di ximꝰ de ꝓmis quattuor cōſideratio nibꝰ ꝓpoſitis ſupra dn̄icā paſſionē. Nunc dicturi ſumꝰ de alijs ſcꝫ quinta ſexta ⁊ ſe ptima. ¶ Quīta ē ꝯſideratō doloroſe cru cifixiōis. Anima igit̄ chri morte redēpta: nūc ſi cor habes aperi illud ⁊ ꝯſidera tui redemptoris dolores. Sūt autē in hac cō ſideratiōe ꝯſiderandi ſeptē dolores.

¶ Primꝰ eſt dolor exꝓbratiue eductōis.
¶ Scd̄s amaricatiue potatiōis.
¶ Tertiꝰ afflictiue ꝯclauatiōis.
¶ Quartꝰ vituꝑatiue ſituationis.
¶ Quintꝰ ē illuſiue ꝑtitionis
¶ Sextꝰ ꝯfuſiue deriſiōis.
¶ Septimus eſt improperatiue com- minationis.

Primus igit̄ ⁊c̄. quō videlꝫ vituperabili- ter eductꝰ eſt extra ciuitatē vt crucifigeret̄ Data quippe ſentētia ⁊ ꝓmiſſis illuſio- nibus ſibi factis ſpoliauerūt. eū chlamyde coccinea ſiue purpurea: ⁊ ſuis indumētis eū reinduerūt vt ſic ductꝰ ad mortē ma- gis cognoſceretur: ⁊ ſic cōfuſibiliꝰ ducere tur. ¶ Fuit autē hec ductio aliunde expro brabilis maxime ꝓpter tria. ¶ Primo ra tione oneris impoſiti q2 ſuper humeros iam doloribus fatigatos impoſuerūt cru cem multum oneroſam. Erat enim crux quindecim pedū in longitudine. Ut ha- bet̄ in hiſtoria. O q̄ꝫ tunc meſta dulcis mater erat ⁊ ꝓpter populi multitudinem appropinquare non poterat. Ideo dicūt aliqui ⁊ veriſimile eſt ꝙ iuit per viā aliaꝫ cum ſociabus ſuis ⁊ Joan. vt poſſet ei ali quantulū appropinquare. Cum autē ex- tra ciuitatē eū occurſum ⁊ obuiuꝫ haberet cernens eū ſic oneratū: pre anguſtia cor- dis quaſi ſemimortua facta eſt: nec dn̄o verbum dicere poterat nec dn̄s ſibi acce- leratus ab his qui eū ducebāt. O q̄ꝫ gra uis vtriuſqꝫ meror: q̄ꝫ dolentes etiā ibāt ſancte mulieres ſuſtentantes etiā dn̄am glorioſam: que etiā: vt dicitur pre dolore in terra corruit. In cuius rei memoriam ibi poſtmodū conſtructa eſt capella que Sancta maria de ſpaſmo nūcupat̄. Jeſꝰ ergo videns matrē ſic deſolatam fatigatꝰ ⁊ fractus ex precedenti afflictiōe iam am plius crucē portare non poterat. Credo ꝙ dn̄a mr̄ eius libenter eā portaſſet ſi po tuiſſꝫ Depoſuit ḡ dn̄s crucē vt pauſaret. Quod videntes illi miniſtri ſathane no- lentes nec paululū tardare: forte timētes ne pilatus ſententiā reuocaret: coegerūt ſimonē cyreneū ſic dictum a cyrene ciui- tate libye patrē alexandri ⁊ rufi diſcipu lorum dn̄i de villa venientē ⁊ euntē ad ci- uitatē vt crucē portaret poſt ieſuꝫ vſqꝫ ad crucifixionis locū. Nam vt ait Auguſti. Nullus aliorū acceptabat crucē baiulare eo ꝙ lignū deteſtabile videbatur. Eſto itaqꝫ ⁊ tu ſimon: id eſt obediens vt cru- cem portes poſt ieſum. ¶ Secūdo fuit cō fuſibilis eductio ratōe loci: quia in ciuita te hieruſalē que erat caput totius iudee: quod ſm̄ doctores factū eſt ratione multi plici. Prima q2 hieruſalē locus erat ſacri- ficiorū legaliū que figurabant paſſionem chriſti. Secūda quia virtus paſſiōis diſ- fundenda erat per totū mundū. Ideo in medio terre habitabilis pati voluit ſcilꝫ in hieruſalem. Pſ. Deus aūt rex noſter ante ſecula operatꝰ eſt ſalutem in medio terre. ¶ Tertio quia hoc cōueniebat hu- militati eius vt in loco tam celebri mor- tem pati non recuſaret. Ad quod etiam pertinet quod tunc in hieruſalē erat ma- xima populi multitudo quia venerāt a to ta iudea propter ſolēnitatem paſche. Cō fuſibiliꝰ eſt autē coram multis pati. Erat autem ibi multiplex turba: vna miniſtro- rum qui eum premebant: alij baculis: alij

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pugnis eum ꝑcutientes: alij etiā habētes
ligamina quib⁊ ligat⁹ erat. Et vt ait Hu
bertin̄. Funē magnū in collo habēs vt cū
maiori opprobrio ducereť trahebať ꝑ illū
Alia autē erat turba iudeoꝝ qui eū irride
bant: alia eoꝝ qui ad ſpectaculū cōuene-
rant: alia eoꝝ qui euꝫ anxie lugebāt: inter
q̄s erāt mlieres lamētātes ad q̄s ſe cōuer
tit dn̄s ⁊ vir potens os aperire dicit eis:
Filie hieruſalē nolite flere ſuꝑ me. Nō ta-
mē ſimpliciter ibi ꝓhibet cōpaſſioneꝫ: ſed
vult p̄dicere aliā lugendi cauſam. ſ. ꝓpter
ciuitatis futurā deſolationē. Jdō ſubdit:
Sed ſuper voſipſas ⁊ ſuꝑ filios veſtros
flete. Quoniā veniēt dies anno vicꝫ. xlij.
poſt paſſionē chriſti: in quib⁊ dicēt: Bea-
te ſteriles ⁊ ventres qui nō genuerūt: ⁊ v-
bera q̄ nō lactauerūt: quia vicꝫ ꝑ ſe ſoluꝫ
erūt anxie. Tunc incipiēt dicere mōtibus
Cadite ſuꝑ nos: ⁊ collib⁊: operite nos: hoc
vicꝫ deſiderātes p̄ horrore miſerie. Hoc
ergo ad litterā impletū eſt in deſtructiōe
ciuitatis Hieruſalē: vbi mlieres comede-
runt filios ſuos pre famis anguſtia ⁊c. vt
dictum eſt feria. vj. poſt dominicā in paſ-
ſiue. Jlla autē miſeria fuit figura extreme
miſerie ſuꝑ incredulos ⁊ malos chriāanos
venture ꝓpter quā in die iudicij optabunt
reprobi abſcondi a facie dn̄i. Pro huius
autē miſerie euaſione flendū eſt ⁊ orandū
ante terminū huius vite. Et ſubdit domi
nus: Quia ſi in viridi ligno hec faciūt: in
arido quid fiet: quaſi dicat ſm̄ Bedā. Si
ego qui peccatū nō feci ⁊ fructuoſus ſum
ſine paſſionis igne de hoc mūdo nō exeo.
Que tormēta reſtant populo iudaico hu-
more gratie deſtituto ⁊ arefactor omnib⁊
peccatorib⁊ infructuoſis et aridis: Jdeo
Grego. Quotiēs mortē ſaluatoris atten-
do: et patientiā Job: et mortē Joānis ba
ptiſte ꝯſidero: Paulū occiſum gladio: pe
trum ſuſpenſum in patibulo. Dico tibi o
peccator quid paſſi ſunt illi quos deus
reprobat: ſi tanta paſſi ſunt quos deus a-
mat. ¶ Tertio fuit exprobrabilis eductō
chriſti ratōne termini: quia. ſ. extra ciuita
tem eductus eſt in locū qui diciť golga-
tha: quod interp̄tatur caluarie locus: q̄a
ibi erant caluarie. id eſt teſte capitꝭ male-
factorū ibi occiſoꝝ. Hoc factū eſt ex inten
tione ꝑuerſa iudeoꝝ vt ſic manifeſte qua-
ſi malefactor occidereť ⁊ diffamareť. Ex di
uina autē intentōe factū eſt vt oſtendere-
tur quia ꝓ peccatorib⁊ moreretť. Jn eo aūt
ꝙ extra ciuitatē paſſus eſt voluit innuere
ꝙ quicūq; volunt conſequi paſſiōis fructū
debent ꝑ affectū ad eū exire extra mun-
dum. Hebreoꝝ. vlti. Exeamus ad eū ex-
tra caſtra. Et Grego. Tāto deo quis eſt
magis ꝓpinquus q̄nto ab amore mundi
magis eſt alienus. Hic locus caluarie cer
te magnā habet cōpunctiōis veritatē ꝓ-
pter ſtipenda que ibi operatus eſt domi-
minus: quib⁊ deuote cōſideratis cor com
pungitur et q̄ſi paſſionis torculari cōpſſio
nis lachryme exprimūtur. Si igiť tibi de-
ſunt lachryme cōpunctionis: illuc perge.
Si tibi eſt extinctus deuotōnis ignis: ibi
collige de lignis crucis quib⁊ deuotōnis
ignem ſuſcitabis. ¶ Secūdus eſt dolor
amaricatiue potationis: quia ante cruci-
fixionē dederunt ei bibere vinū cum felle
mixtum. Matth. xxvij. ſiue myrrhatū vi-
num Mar. xv. Ambroſ. Ve tibi amari-
tudo peccatoꝝ meoruꝫ pro qua tollenda
tanta fuit paſſiōis chriſti amaritudo. Vn̄
patꝫ q̄ntum debem⁹ odire peccatū Ex-
emplum Conſueuerunt homines multū
odire cauſam mortis fratris ſui vel ami-
ci. ¶ Notandū autē ꝙ ſicut refert de Ly-
ra Legitur in quodā libello hebraico qui
apud eos intitulatur Liber iudicū ordina
riorum: ꝙ quia Salomon dixerat Pro-
uerb. xxxj. Date ſicerā merentib⁊ ⁊ vinuꝫ
his qui amaro ſunt animo vt bibant ⁊ ob
liuiſcantur egeſtatis ſue. Seniores iude
orum ſtatuerant vt cōdēnatis ad mortē
daretur vinuꝫ aromaticū vt facilius mor
tem tolerarēt. Jn hieruſalem autē erant
matrone deuote ⁊ cōpaſſiue que dabāt h̄
vinum ex deuotione: iudei aūt nimia cru
delitate moti: tale vinuꝫ datum chriſto ⁊
duob⁊ latronib⁊: acceperūt: ſm̄ ꝙ dictum
erat Amos. ij. Vinū damnatoꝝ bibebāt
et loco eius poſuerūt acetum cuꝫ felle mi
xtum. ¶ Tertius eſt dolor afflictiue con-
clauationis: vicꝫ q̄ dolороſe eſt cruci affi-
xus: vtrq; paſſio iſta omnino eſſet ꝯfuſibi
lis hora circiter meridiana: in loco ſcelera
toruꝫ: in feſto paſce: in p̄ſentia centū octo
gintamiliū: ſicut dicit Franciſcus de exi-
menis: voluit crucifigi. Sꝫ quō ſicut ali-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

qui dicunt ꝓclamāte precone: facta eſt vox
Omnis qui voluerit videre ieſum naza-
renum accedat: quia modo cruci affiget.
O dulcis virgo quid tunc dixiſti: Heu ꝗs
poſſet cogitare cordis veſtri anxietatem:
Et tūc illi canes rabidi diſponebāt / alius
crucem: alius clauos: alius truncū crucis.
Tunc ergo omnino nudauerunt eum cū
impetu magno ad terram deÿcientes. O
quid erat videre corpus illō ſacratiſſimū
totū rubricatum ⁊ deformatū ſic vt inhor
rerent ſatellites in illud reſpicere. Nec ta-
men cōpatiebantur. Heu anima hic ſta:
hic aſpice. O ꝗntꝰ erat dolor in corde ma
tris videre filium ſic deformatū ⁊ vulne-
ratum: ſic nudatum coram omni populo.
Et vt dicit Anſ. in libro de planctu virgi
nis: velum ſui capitis accipiens circūliga
uit lumbos eius et partes ſecretas. Quā-
uis autē euangeliſte hoc nō dicant: tamē
veriſimile eſt credendū ꝙ ita nudatus ge
nua flexit in terraꝫ vt ſe ſuper crucem ex-
tenderet que ſuꝑ terram extenſa erat ⁊ diſ
poſita: atqꝫ oculis in celum leuatis in cor
de ſuo dicit lachrymando: Suſcipe nunc
ſancte pater eterne me dilectū filium tu-
um quem tibi offero in ſacrificiū imma-
culatum pro ſalute generis humani: ⁊ re-
miſſione peccatoꝝ. Ecce iam nō offerunt
legalia ſacrificia vituloꝝ: hircoꝝ: agnoꝝ
⁊ ſimiliū: ſed caro mei innocentiſſimi filÿ
tui. Trigintatres anni ſunt elapſi ꝗbꝰ hāc
crucem ſemꝑ aſpiciens in illa mori ꝓ ge-
neris humani redemptione ſemꝑ cōcupi-
ui. Accepta igit̄ tu pater ſacrificium hoc
⁊ amore mei decetero humano generi pla
cabilis eſto. Tandem ꝓÿciens ſe ſuꝑ cru
cem manus et pedes liberaliſſime exten-
dit. Tunc ergo illi truculenti lictores ac-
cipientes manū dexteram magno clauo ⁊
groſſo ligno affigebant. Percutiebant ita-
qꝫ iteꝝ atqꝫ iteꝝ. ⁊ deinde in aliaꝫ manuꝫ
ſiniſtram. ⁊ nō poterāt trahere vſqꝫ ad fo
ramen diſpoſitum in cruce: quia nerui et
vene ſe retraxerāt ex conclauatiōe alteriꝰ
manus. Sicut enim dicūt aliqui: forami-
na fecerāt i cruce ꝑus: ligato ꝗ̄ fune ad bra
chium atrociter traxerunt. Et dulciſſi-
mus Jeſus plorans dicebat: Dignemini
pater hoc ſacrificiū acceptare et ſuſcipere
Tunc ergo cum clauate eſſent due manꝰ
pedibus nō attigētibus ad inferius fora-
men vt maiorē ſibi inferrent dolorē: vt di
cunt aliqui: tūc eū eleuauerūt. Sic ergo
ſtetit corpus dulciſſimi Jeſu in cruce: ſm
Bonauentu. in quodā tractatulo: ſuſten-
tatum dūtaxat a duobus clauis manus
penetrantibus. O anima mea cōtempla-
re dolorem tui redemptoris. Tunc ergo
ſcribis et phariſeis illudentibꝰ crudeliſſi-
mi lictores videntes ꝙ pedes nō attinge
bant ad foramen ſeu foramina: ſm alios:
funes ſacris pedibus ligauerūt et cepe-
runt violenter trahere quantū poterant
iteꝝ atqꝫ iteꝝ adeo ꝙ omnes corporis iū-
cture dinumerari potuerūt. Juxta illud
Pſalm. Dinumerauerūt omnia oſſa mea
id eſt innumerabilia fecerūt. vbi ſm Au-
guſtinū: Ad litterā deſcribit̄ extenſio cor-
poris chr̄i in cruce. Sic itaqꝫ trahentes ⁊
iungentes vnū pedem ſuper alium: clauo
longo et groſſo ⁊ duro affixerunt: Uel vt
alÿ dicunt: cum duobus clauis ambos pe
des ſeorſum. Attende o chriſtiane ꝗ̄ gra-
uis dolor: ꝗnta fuit anxietas in hac cruci-
fixione. Legit̄ cuꝫ quidā deuotus a do-
mino ſibi apparente interrogaſſet quid ō
omnibꝰ que pro nobis paſſus eſt magꝭ do
luiſſet. Reſpondit: ꝙ quādo in cruce extē
ſus fui: ita ꝙ omnia mēbra mea numera-
ri poterant. Et quicunqꝫ ꝓ dolore illo mi
hi ğtias egerit: ita gratū obſequiū mihi
preſtabit acſi omīa vulnera vnguēto ſua-
uiſſimo deliniret. Hinc cōpatiēs clamat
eccleſia: Flecte ramos arbor alta tenſa la
xa viſcera ⁊ rigor lenteſcat ille queꝫ dedit
natiuitas vt ſuꝑni mēbra regis miti ten-
das ſtipite. Ecce tenſa eſt cithara Dauid
in qua nedum Dauid: ſed omnes ꝓphete
dulciter ꝓcinuere / ſed ⁊ verꝰ noſter Da-
uid manu fortis. Jpſe qui dire tenſus eſt
nō tacuit: ſed ⁊ dulces ⁊ ſaluberrimos red
didit ſonos ſpiritū malū fugitātes: ⁊ re-
creantes omnes deſperata infirmitate la
borantes. O dulcis ieſu ꝗ̄ ardenti chari-
tate nos dilexiſti. Attende o anima mea
quoniā ipſa crux eſt menſura que oſtendit
ꝗntus eſt amor dī ad nos qui tantū in ea
extendit vnigenitū ſuū ex omni parte ꝗn-
tum extendi poterat ad dexterā ⁊ ſiniſtrā
ſurſum et deorſum. Cum autē hec fierēt
ſcripſit titulū Pilatus ⁊ poſuit ſuꝑ crucē

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erat autē ſcriptū: Jeſus nazarenus rex
iudeoꝝ. Et hoc hebraice: grece ⁊ latine: vt
diuerſaꝝ linguarū homines legerēt. In
quo etiā figurabat᷑ ꝙ legis iuſticia quam
hebraici habebāt: ⁊ mundi ſapientia qua
greci florebant: et imperij potentia terre-
nī q̄ latini. ſ. romani gaudebant ſubijcerē-
tur ei qui pendebat in cruce. Poſuit ergo
pilatus tabulam in qua ſcriptus erat titu
lus cum cauilla ſup̄ crucem. Dicebāt aūt
pontifices pilato: Noli ſcribere Rex iude-
orum: ſed quia ipſe dixit: Rex ſum iudeoꝝ.
Et pilatus reſpōdit: Quod ſcripſi ſcripſi.
id eſt idelebilit᷑ ſcripſi. Ubi exclamat Au
guſti. O ineffabilē vim diuine operatio-
nis etiā in cordibus ignorantiū. Sed q̄d
loquimini inſani pontifices: Nunq̄d enim
preterea erit verū: quia ieſus ait: Rex ſuꝫ
iudeoꝝ. Si corrumpi nō poteſt quod pi-
latus ſcripſit: corrūpi poterat quod veri-
tas dicit: Ideo em̄ pilatus quod ſcripſit
ſcripſit: quia domin⁹ quod dixit dixit. Cū
autē poſuit titulum pilatus pro cauſa cru
fixionis: tamē ſi bene conſideretur magis
oſtendit cauſam liberatōnis q̄ꝫ crucifixio-
nis. Tum quia Jeſus. i. ſaluator. Tum
quia nazaren⁹. i. floridus ⁊ ſanctus. Tum
q̄ꝛ rex iudeoꝝ. i. vere cōfitentiū. ¶ Quar-
tus dolor eſt vituperatiue ſituationis: quia
vicꝫ crux in qua pendebat domin⁹ ieſus
ſituata ē inter cruces duoꝝ latronū vt eis
ſimilis videret᷑ ⁊ ex hoc infamaret᷑. Vn̄
tunc impleta eſt prophetia Eſaie. liij. Et
cum ſceleratis deputat⁹ eſt. Ambroſius.
Q̄ꝫ execrabilis in facto eſt iniquitas iudeo
rum vt quaſi latronē crucifigerent omniū
redemptorē. Ipſe v̄o hoc voluit ⁊ ꝑmiſit
cum peccatoribꝫ crucifigi vt ſe oſtenderet
pro peccatoribꝫ crucifigi ⁊ pati. Item vt
dicit Leo papa ſermōe de paſſione. Duo
latrones vnus ad dexterā ⁊ alius ad ſini-
ſtram crucifigunt᷑: vt in ipſa patibuli ſpe-
cie demonſtraret᷑ ratio quare in iudicio fi
enda eſt bonoꝝ et maloꝝ diſcretio. ⁊ Au-
guſti. ſup̄ Joā. Ipſa crux ſi attēdas tribu
nal fuit: In medio em̄ iudice ꝯſtituto vn⁹
q̄ credidit ſaluat⁹ eſt: ⁊ ali⁹ q̄ inſultauit da
mnatus eſt. Jam em̄ ſignabat q̄d factur⁹
eſt de viuis ⁊ mortuis: Alios ad dexterā
alios ad ſiniſtrā poſitur⁹. Tūc iudicabat᷑:
⁊ iā iudiciū minabat᷑. Nūc o chr̄iani ꝑpen
dite dolorē ⁊ ignominiā chr̄i pro vobis in
cruce inter latrones pendētis. O aīa ra-
tionalis: Ecce rex tuus: ſaluator tuus pē-
dēs in cruce: Ecce de⁹ tu⁹ ꝓ te morte da-
mnatus: Ecce Jeſus dulciſſim⁹ totus re
ſperſus ſanguie: Ecce vita tua morti ad-
iudicata: Interna igit᷑ pietate cōſidera q̄ꝫ
grauiter affligitur: Attende et vide ſi eſt
dolor ſimilis ſicut dolor eius. Vide bene
quomō claui ferrei ſuſtinent totum corp⁹
et reuera vltra q̄ꝫ cogitari poſſet affligit᷑.
Perpende igit᷑ cum q̄nto dolore domin⁹
ſtat in cruce: et non te tediat in ſuo ſerui-
tio ſtare. Cogita etiā meſtiſſime matrꝭ do
lorem dum eum vidit tā ignominioſe i cru
ce pendētem. Audi Bernar. in tra. de la-
men. in eius perſona loquētem. Aſpicie-
bam infelix ego dominū meū et filiū pen-
dentem morte turpiſſima morientē: Tan
toq̄ꝫ dolore vexabar vt nō poſſem explica
re ſermone: Flebam dicens: Fili mi fili mi
quid faciet hec meſtiſſima mater: fili mi fi
li dulciſſime noli me derelinq̄re poſt te.
¶ Sed ſicut dicit beatus Bernard. Forte
quis dicat: Nunq̄d nō preſciuerat eū mo-
riturum et indubitanter: Nunq̄d nō ſpe-
rabat ⁊ cōtinuo eū reſurrecturꝫ ⁊ fident᷑:
Sup̄ hec tamen doluit crucifixum et ve-
hementer: Alioq̄n quis tu: aut vnde iſta
ſapientia tibi: vt plus mireris Mariā cō
patientem q̄ꝫ Marie filium patientem:
Ille corpore mori potuit: iſta cōmori cor
de nō potuit. Fecit illud charitas qua ma
iorem nemo habꝫ. Fecit et hoc carnalitas
cui poſt illam ſimilis altera non fuit. Hec
Bern. Sed tu quid dictur⁹ es ſerue ne-
quā qui audis patibulū ⁊ pendentē in eo:
nec tamē compaterꝭ. Dic rogo Si nūc vi-
der es iuuenē elegantē ſic in patibulo lan-
guentē: nūquid nō tu cōpatereris: Audi
queſo ipſum dominū ꝑ os Bernar. dicē-
tem: Homo vid quid pro te patior: ad te
clamo qui pro te morior: non eſt dolor ſi-
cut quo crucior. Vide penas quibꝫ affi-
cior: vide clauos quibus allicior: ſi tant⁹
eſt dolor exterior/ interi⁹ planctus eſt gra
uior: tā ingratū dū te experior. Idē Tu in
choreis extēdis brachia i modū crucꝭ ꝓpt̄
vāitatꝭ gaudiū: ⁊ ego ea extēſa ꝓ te ꝓpt̄ op
probriū. Quit⁹ ē dolor illuſiue ꝑtitōiſ: q̄ñ
. ſ. milites diuiſerūt veſtimēta ſua in quat-

tuoꝛ partes vt quilibet partem haberet.
Erant quattuoꝛ milites. id eſt lictoꝛes.
Et hec partitio facta eſt coꝛa᷒ oclis chꝛi
vñ grauius anxiebat̃. Et quia tunica ſu-
perioꝛ ſcindi non poterat vtiliter. Erat
eñ ſine ſutura reticulato ope ſiue textili
ad modũ birroꝛũ. Ideo integram ad vnũ
ſoꝛte venire maluerunt. Dicitur autem
ꝙ beata virgo illã ꝓpꝛia manu fecerat: et
creſcente ieſu paulatim creuerat. Augꝰ.
Quadripartita veſtis dñi ſignauit quadri-
pertitã eiꝰ eccleſiã: quattuoꝛ: ſc᷒ ꝑtibꝰ in
oꝛbe diffuſam. Tunica vero incõſutilis:
omniũ ꝑtiũ ſignat vnitatẽ que charitatis
vinculo cõtinet̃: ꝗ omnibꝰ ſupereminet ſi
cut ⁊ veſtis illa deſuper contexta perhibe
tur. ¶ Sexta eſt doloꝛ cõfuſiue deriſionis
ꝗnĩã videlic᷒ multiplicit̃ deriſerunt eũ in
cruce pendentem. Quidã enim de ſeden
tibus ⁊ obſeruantibꝰ eũ: alij autẽ de ſtan-
tibus: ⁊ alij de pretereuntibꝰ. Multi eoꝝ
blaſphemabant ⁊ deridendo dicebant.
Vah (quod eſt interiectio inſultantis et
deridentis) qui deſtruis templũ dei vt di
xiſti ⁊ in triduo illud reedificas: ſaluũ fac
temetipm̃. Si filius dei es deſcende nunc
de cruce quaſi di. Non potes: ideo patet
tua falſitas. Chryſoſto. ſermone de paſ.
Sed ecõtrario: quia filius dei eſt: nõ de-
ſcendit de cruce. Nam ideo venit vt cru-
cifigeret̃ pro nobis. Idem ibidẽ. Conſi-
dera vocẽ diaboli: ⁊ quõ iudei imitantur
vocem paternã. Diabolus eñ dicebat.
Si filius dei es mitte te deoꝛſum: ſed iu-
dei dicunt. Si filius dei es deſcende nũc
de cruce. Item ꝓ̃ncipes ſacerdotũ ſtan-
tes cum ſcribis ⁊ ſenioꝛibꝰ dicebant ad
alterutrum. Alios ſaluos fecit ſeipſu᷒ nõ
põt ſaluũ facere. Si hic eſt chꝛiſtꝰ filiꝰ dei
electꝰ deſcẽdat de cruce ⁊ credimꝰ ei. Hie
ronymꝰ. Fraudulenta pꝛomiſſio. Quid
eñ plus eſt an adhuc viuentem de cruce
deſcendere: an moꝛtuũ de ſepulcro reſur-
gere: ⁊ tamẽ reſurrexit ⁊ non crediſtis:
ergo ⁊ ſi de cruce deſcenderet nõ credere-
tis. Sed mihi videt̃ demones h̃ imittere
Statim enim vt crucifixus eſt dñs ſenſe
runt virtutem crucis: ⁊ intellexerunt fra-
ctas eſſe vires ſuas: ⁊ ideo hoc agũt vt de
cruce deſcendat. Sed dñs ſciens aduer-
ſarioꝛũ inſidias permanet in patibulo vt
diabolũ deſtruat. Hoc Hierony. Legi-
tur etiã demonẽ ſtetiſſe ſuper brachiũ cru
cis: ⁊ conſideraſſe an aliquid peccati in
ipſo inueniret. Unde dixerat. dñs diſci-
pulis in cena. Uenit diabolus pꝛinceps
mundi. id eſt amatoꝛũ mundi: ⁊ in me nõ
habet quicꝙ̃. Propterea di. Grego. Cu-
randũ nobis ẽ: ⁊ cũ magnis quotidie fle-
tibus ruminandũ ꝙ̃ terribilis ſua in no-
bis requiret opera in die noſtri exitus:
pꝛinceps huius mundi veniet: ſi ⁊ ad deũ
in carne viuentem venit. Spiritualiter
per ſedentes intelliguntur delicioſi ⁊ aci
dioſi: ꝗ delicijs carnis intẽdũt. Per pter-
eũtes cupidi ⁊ auari: ꝗ ꝑtereũtes ſequũt̃.
⁊ viam iuſticie ſepius pretergrediuntur
aut ſuperbi ⁊ elati. ⁊ hi omnes chꝛo cruci
fixo illudunt. ¶ Septimus eſt doloꝛ im-
properatiue conuiciatõis: quia ſc᷒ latrones
cum eo crucifixi improperabant ei ⁊ cõui
ciabantur. Matth. xxvij. et Marci. xv.
Sed tamẽ Augꝰ. di. ꝙ plurale ibi poni-
tur ꝓ ſinglari. Uñ Luc. xxiij. Unꝰ de his
qui pendebat latronibus blaſphemabat
eũ dicẽs. Si tu es chꝛ̃s ſaluũ fac teipſum
⁊ nos. Uel melius vt videtur ſcõm Hie
ronymũ: ꝙ pꝛimo vtercꝫ blaſphemauit:
ſed viſis ſignis in elemẽtis ⁊ rebus inſen-
ſibilibus vnus credidit ⁊ penituit. Unde
cum alius blaſphemando diceret. Si tu
es chꝛ̃s ſaluũ fac teipm̃ et nos. Iſte incre
pauit eũ dicens. Necꝫ tu times deũ qui
in eadem damnatione es: ſc᷒ moꝛtis. Et
quidẽ iuſte. Nam digna factis recipimus
et ita cõfitetur culpam ſuam ⁊ etiam chꝛi
ſti innocentiã dicẽs. Hic autẽ nihil mali
geſſit. Augꝰ. Quis eum docebat niſi qui
iuxta eum pendebat. Erat illi fixus a late
re ſed habitabat in coꝛde. Scõm hiero.
In duobus latronibus notatur vtercꝫ
populus ſc᷒ iudeoꝛum ⁊ gentiliũ. Uter-
cꝫ enĩ pꝛimo dñm blaſphemauit: poſtea
ſignoꝛũ multitudine: alter attritus peni-
tentiã egit: ⁊ vſcꝫ hodie iudeos increpat
blaſphemantes. Moꝛaliter. Q, alter la-
tronũ blaſphemabat alter non: ſignifica-
tur ꝙ aliqui tribulationẽ patienter ſuſti-
nent ⁊ coꝛonam merentur. Alij ſunt im-
patientes ⁊ damnationẽ conſequuntur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De quibus ait Hugo Dicunt homines quando penā ſuſtinent. Si meruiſſemus non erubeſceremus: nūc autē iniuſte patimur nobis eſt ignominioſum. Jmo vero ſi ꝑ culpa pateris erubeſce: ſi ſine culpa: gloriare, latro vis magis eſſe ꝙ chriſtus ꝛ forte ſiniſter ꝛ blaſphemator. ¶ Sexta ē cōſideratio gratioſe locutionis ſeu fructuoſe informationis quō ſcꝫ dn̄s in cruce pendens ſeptem precipua verba gratioſiſſima: fructuoſiſſima: ꝛ omni dulcedine pleniſſima protulit. Unde ſm Auguſti. Lignū pendentis factū eſt cathedra docentis. Et ſunt huiuſmodi verba.

¶ Primū eſt verbum ſpecial' miſerationis

¶ Secūdū eſt verbum liberalis promiſſionis ſiue donatiōis.

¶ Tertiū eſt verbum virginalis cōmendationis.

¶ Quartū eſt verbum totalis afflictōis

¶ Quintum eſt verbum cordialis attractionis.

¶ Sextū eſt verbum prophetalis conſummationis.

¶ Septimum eſt verbum finalis concluſionis.

Primū igitur ꝛc. Jn quo ſcꝫ ſpecialiſſime oſtendit miſericordiā ſuā etiam erga crucifixores: quando videlꝫ in ipſo actu crucifixionis cuꝫ lachrymis cepit orando patri dicere. Pater ignoſce illis quia neſciūt quid faciunt. Bern̄. in ſer. Vere magna opera dn̄i qui poſuit prodigia ſuper terram. id eſt chriſtꝰ flagellis verberatus: ſpinis coronatus. clauis confoſſus: ligno affixus opprobrijs illuſus: morte damnatus: omniū tamen immemor dolorꝫ clamat. Pater ignoſce illis quia neſciunt qd faciunt Beda. Non fruſtra orauit ſed ꝑ his qui poſt paſſionem crediderunt impetrauit. Unde dicit̄ in actibus apoſtolorum vna die conuerſi ſunt tria milia et in alia die quinqꝫ milia. Per hanc etiam vocem multi de turba aſtantium cōpuncti ſunt ꝛ penituerunt vt dicitur in euangelio nazareorū. O verbum admirande miſerationis ꝛ inexplicabilis charitatis ꝛ patientie indicibilis. Tum quia pro crucifixoribus orabat. Tum quia cum lachrymis. Tum quia cum clamore valido Hebre. v. Cum clamore valido ꝛ lachrymis exauditus eſt pro ſua reuerētia. Bernardus Aſcendit in altum vt magis audiretur: fortiter clamauit vt nullus excuſaretur: clamori lachrymas addit: vt homo cōpateretur. Augꝰ. Cur formica: cinis: puluis: ꝛ fauilla vindictam expetis: cum videas dn̄m glorie iniurias maximas remittere: Jtem etiam in hoc verbo apparuit dn̄i benignitas: quia ſue exauditiōis cām allegauit di. qꝛ neſciūt qd faciūt quaſi eos excuſando. Milites quidē eum crucifigentes cuꝫ gentiles eſſent eum eſſe chr̄m neſcierunt: principes autē ſacerdotum ꝛ ſcribe ꝛ phariſei ignorantiam huiuſmodi non habuerunt: ſed craſſam ꝛ ſupinā quia propter inuidiā ꝛ odiū credere noluerunt: cum tamen daret eis ſufficientem cauſam cognoſcendi ipſum. imo ꝛ populum credentem peruerterunt. Vide ſi vis Feria. vj. poſt dn̄icam ſcdam quadrageſime. Arti. ij. Sic et in omnibꝫ peccantibus: eſt ignorantia per defectum actualis cōſiderationis. Non enim attendunt q̄ntam iudicis maieſtatem offendunt: q̄ntam patris bonitatē contemnūt q̄ntam penalitatis voraginem incurrunt. pſ. Neſcierunt neqꝫ intellexerunt in tenebris ambulant. ¶ Secūdum eſt verbum liberalis promiſſionis quando videlicet latroni paradiſum promiſit. Cum em̄ latro pendens ad dexterā credens ꝛ confitens oraſſet dn̄m dicens. Dn̄e memento mei dum veneris in regnū tuū: reſpondit ei dn̄s. Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. id eſt in diuine fruitiōis gaudio. Ambro. Pulcerrimū datur affectande cōuerſionis exemplū ꝙ tācito latroni venia laxatur. Cito ignoſcit dn̄s quia ille cito conuertitur ꝛ vberior eſt gratia ꝙ precatio. Semper em̄ plus dn̄s tribuit ꝙ rogatur. Jlle rogabat dn̄m vt memor eēt ſui: de dn̄o aūt ſequit̄: ꝛ dicit illi ieſus. Amē dico tibi hodie mecū eris i paradiſo. Vita em̄ eſt eſſe cum chriſto ꝛ vbi chriſtus ibi regnū. O felix promiſſio. O prompta tante ꝑmiſſionis impletio. Nullus ante latronem hoc verbum audierat nec em̄ abrae facta eſt expreſſa paradiſi ꝑmiſſio nec alijs patribus ꝛ prophetis: ſed

huic latroni prius dictum eſt hodie mecū
eris in paradiſo. Et quid meriti erat in
eo: fides eius que magna erat. Credidit
quippe deꝰ abraam ſed de celo loquenti.
Credidit eſaias ſed ſedenti ſup ſoliū. Cre-
didit ezechias ſed ei quē ſuper cherubin
intuitus eſt. Credidit moyſes cū vidit in
medio ignis. Sed iſte credidit videns eū
morientem in ligno crucis. Grego. xviij.
moraliū. In cruce claui manus eius pe-
des ligauerunt. Nihilq in eo preter cor ⁊
linguam a penis liberū remanſerat. In-
ſpirante deo totum ei obtulit quod in ſe
liberum inuenit: vt iuxta quod ſcriptum
eſt. Corde crederet ad iuſticiam: Ore au-
tem confiteretur ad ſalutem. Tres au-
tem virtutes quas apoſtolus memorat:
ſubito repletus gratia: ⁊ accepit latro et
ſeruauit. In cruce nanq fidem habuit
cum regnaturum deum credidit quem
ſecum pariter morientem vidit. Spem
habuit qui regni eius aditum poſtula-
uit. Charitatem quoq in morte ſua ve-
raciter tenuit qui fratrem ei collateralem
pro ſimili ſcelere morientem de iniquita-
te ſua redarguit. Hec ille. Magne conſo-
lationis eſt verbum predictum pro miſe-
ris peccatoribus ſi conuerti velint. Non
huius exemplo differant penitentiam:
quia priuilegia paucorū non faciunt le-
gem cōmunem. Et pauci ſunt qui in mor-
te vere peniteant. Nam ſicut monſtruo-
ſum eſſet ꝙ lupus caudam ouis haberet:
ita monſtruoſuz videtur ꝙ mala vita bo-
no fine claudatur.

¶ Tertium eſt verbum virginalis cōmen-
dationis: quando ſcilz matrem virginez
diſcipulo virgini cōmendauit. Stabat
quippe meſtiſſima mater iuxta crucem
cum ſororibus ſuis ⁊ maria magdalena ⁊
ioanne. Mater inq indicibili confecta
merore videns filium ſuum ſic in cruce
pendentem plorantem ⁊ morientem. Di-
cit Albertus in libro de laude virginis.
Quando virgo ſacra charitate plena fi-
lium pendentem aſpiciebat: ſumme gau-
debat et dolebat. Etiam ſumme ſic ꝙ
nunq purus homo viator tantum gau-
dium habuit: nec tantum dolorem quan-
tum beata virgo habuit in die illa. Sed
nunc de dolore eius dicamꝰ. Audi Ber-
in perſona eius d. in libro de lamentatio-
ne. Heu vita mea moritur. Heu cur vi-
uit mater poſt filium in dolore. O nate
benigne miſerere matris: nihil mihi ama-
rius ꝗ poſt mortem tuam viuere. Tu
mihi pater: tu mihi ſponſus: tu mihi fi-
lius: tu omnia mihi eras: ⁊ nūc me relin-
quis. O anima vide animum maternum
in tanta anxietate poſitum. Aſpice eti-
am filium pro matris dolore anxiū. Ber-
nardus O bone ieſu magna exterius pa-
teris in corpore: ſed multo maiora inter-
ius in corde ex matris dolore et compaſſi-
one: tecum omnia patientis. Et Auguſti-
nus. Cruciat te dolor tuus: ſed non minꝰ
dolor matris. Non eſt mirum ſi doles et
condoles: ſi pateris et compateris bone
fili in deſolatione tue matris. Et de dolo-
re matris ait Chryſoſtomus In hoc gra-
uiſſime compatitur: quia quod patitur fi-
lius in corpore: ipſa ſuſtinet in ſuo corde.
O ꝗ amare flebat dulciſſima mater. ſimi-
liter et ioannes et magdalena ac alie mu-
lieres Poterat quippe virgo ſacra lamen-
tando dicere: Fili mi olim conſolatio ani-
me mee et gaudium. nunc mihi amariſſi-
mus eſt aſpectus tuus. O fili quem no-
uem menſibus in vtero tenui: quem par-
uo lacte paui: quem totiens paruuluz in-
uolui. O ꝗ dura: ꝗ amara tibi et mihi fa-
cta eſt dies iſta. Et quis poterit mitiga-
re anguſtiam meam cum te videam filiū
meum Vt leproſum factū qui ſpecioſus
eras pre filijs hominū: Vt reum: cum ini-
quis deputatus qui ſanctus ſanctorū es.
Vt fatuum et ſtultum: in quo ſunt om-
nes theſauri ſapientie dei: Vt hoſtem pu-
blicum et omnium inimicum: qui omni-
bus dulcis et benignus ſemper fuiſti. Et
ſuper omnia velut oblitum mei dolentis
matris tue. Nam ecce iam moreris et ni-
hil mihi dicis. O fili dulciſſime ad quez
confugiam? Quis mihi dabit ſolacium?
O beatiſſime fili domum non habeo: pe-
cuniam non poſſideo: diuitias non teneo
Tu ſolus meus theſaurus eras: ⁊ ecce in
cruce moreris. O fili ſapientiſſime loque-
re matri tue deſolate. Videns itaq ma-
trem ſic mente conſternatam: commēda

nit illam diſcipulo ioanni: dicens matri: Mulier ecce filius tuus. ſcilicet ioannes qui cum ea iuxta crucez ſtabat. Quaſi diceret. Iſtum tibi relinq̄ loco mei. Et tūc vt dicunt doctores non vocauit eam materno nomine ſed cōmuni: ne ex teneritudine nominis materni aggrauaretur anguſtia animi eius. Et deide dicit diſcipulo. Ecce mater tua. id eſt cui reuerentiaz et obſequium preſtabis ſicut filius matri. In hoc docet filios compati parentibus afflictis: ⁊ eis in neceſſitatibus ſubuenire et obſequium debitum impendere. Et ex illa hora accepit eam diſcipulus in ſuam: curam ſcilicet et diligentiam. Uel: in ſuā ſcz matrem per adoptionem ſpeciali gratia factam auctoritate ſūmi imperatoris Bernardus Conſidera o anima deuota qualis fuerit cōmutatio illa: et dic ad beatam virginem: Ioānes tibi pro ieſu traditur: ſeruus pro domino: diſcipulus pro magiſtro: filius zebedei pro filio dei: purꝰ homo pro vero deo. Quomodo non tuaz affectuoſam animam pertranſiuit hec auditio quando noſtra/ licet ſaxea: licet ferrea pectora: ſola ſcindit recordatio. O q̄ꝫ amare flebant ambo illi virgines: maria ſcilicet et ioannes. Sicut autē dicit Hugo de ſancto victore Ex hac commendatione non ſolum intelligimus ioanuem/ ſz et totam eccleſiam virgini matri commēdatam. O igit̄ peccator: Ecce mater tua O dulce verbum et gaudioſum Ecce mater tua ipſa que eſt mater dei et hominis O peccator ſi maria ē mater tua/ ergo ieſus eſt frater tuus: et pater eius eſt pater tuus: et regnum eſt hereditas tua: ergo ⁊ gratia marie quam inuenit apud deum ē theſaurus tuus: ergo dilige eam et venerare: ⁊ ex hac hora accipe eam in tuam vt ipſa tandem te recipiat in gloriam ſuam. Hec Hugo.

¶ Quartum eſt verbum totalis afflictionis. In quo videlicet mātfeſtat ſe totaliter affligi quantum erat poſſibile: quando ſcilicet circa horam nonam clamauit pre doloris anguſtia: dicens voce magna Heli heli lamma azabthani. Id eſt: Deus meus: deus meus quare me dereliquiſti. id ē tam acerbis penis expoſuiſti. Ibi loquitur humanitas: pene ſue grauitatez oſtendens. Ita enim grauiter torquebatur acſi non eſſz dei filius ſed inimicꝰ. Dicit/ ergo ſe derelictum: non per ſolutionez vnionis: ſed per ſubtractionem protectionis vt dicit gloſa. Nullum enim iuuamen doloris ſui aut gaudiuz recipiebat ab eo. Licet autem multi ſancti propter deum multa paſſi ſint: omnibus tamen aliquid conſolationis deus miniſtrabat: chriſtuz vero totalit̄ dolori ſubiecerat. O ſiquis deuote conſideret quantum aggrauatus eſt dolor tuus beata virgo quando filiuz ſic clamantem audiſti. O ſiquis deuote penſaret ex q̄ꝫ amaro gemitu pius Jeſus hanc vocem protulit: nullus eſt/ etiamſi haberet pectus ferreum/ qui non molliretur compunctione: etſi ſaxeum/ q̄ non frāgeretur compaſſione. Cum enim ſic clamaſſet: quidam illic ſtantes: ſcilicet milites rhomani ſm Hieronymū: idioma hebraicū ignorantes/ dixerunt: Heliam vocat iſte.

¶ Quintum eſt verbum cordialis attractionis: in quo videlicet oſtendit cordiale deſideriū noſtre ſalutis: vt nos ad ſe cordialiter attraheret: quando videlicz dicit Sitio. O q̄ꝫ doloroſum fuit verbum illud matri ſue ⁊ alijs cum ea exiſtentibus Ad litteraz exiſtimare potes ꝙ in veritate multum ſitiebat. Nam propter nimiū laborem et ſanguinis effuſionem: et quia humor totius deſiccatus et aduſtus erat. Nec tamen propter corporalem ſitim clamabat/ ſed propter ſpiritualem noſtre ſalutis ſitim manifeſtandam. Auguſtinus. Quid ſitis domie: Sitis tua/ ſalus mea. ?ibus tuꝰ/ redemptio mea. Et Bernard Coronam ſpineam ſuſtinens de tuis vulneribus taces: et ꝓ ſola ſiti ais Sitio: id eſt ſalutem hominuz deſidero. Sitio ait chriſtus/ non doleo. O domie quid ſitis: Fidem veſtram: ſalutem veſtram: gaudium veſtrum: Plus animarum veſtraruz q̄ꝫ mei corporis cruciatus timeo. etſi non mei ſaltem veſtri miſeremini. O q̄ꝫ grauis dolor animam eius vrgebat ⁊ torquebat cū videbat inūeros futuros q̄ a peccatis nō redirent quibꝫ nec ſue paſſiōis virtus

eſſet profectura aliquo modo: vt em̄ dicūt
theologi/licȝ paſſio fuerit ſufficiētiſſima:
tamē illius affectum nō conſequētur qui
peccata depōere nolūt. Audite ergo o pec
catores pro vobis clamat amoroſiſſimus
Jeſus. Cur ſaxea corda nō rumpitȝ: Cur
Jeſu dulciſſimo clamāti Sitio nō ſatiſfa
citiſ. verā. ſ. penitentiā ſibi offerentes. Ex
illo autē verbo acceperūt illi miniſtri dia
boli materiā eum vlterius vexādi ꝛ dede
runt ei ſpongiā ple. aceto arundi impo. cū
iſopo ligatam/que eſt herba amariſſima.
Ecce qualis cena dabat domino. O nos
miſeri quid facim⁹ qui delicias querim⁹:
Bernar. Non eſt cibus tamaridus q̄ nō
efficiatur ſapidus ſi illius aceti quod do=
mino ꝓpinatum eſt/condimēto fuerit tē=
peratus. Spiritualiter chriſto noſtrā ſa=
lutem ſitienti/acetum. i. acidiā ꝛ amaritu
dinem induratiōis ꝛ nequicie ꝓpinant pec
catores in vicijs pſeuerantes cū calamo:
id eſt cum volūtate ſua om̄i bono ꝓpoſito
vacua: vana ꝛ inutili. ¶ Sextū eſt ver=
bū propheralis et legalis cōſummatiōis.
Jn quo vicȝ oſtendit om̄ia cōſūmata que
de ſua paſſione ſcripta ſunt in lege ꝛ ꝓphe
tis: qn̄ vicȝ dicit Conſūmatuȝ eſt. Quod
poteſt intelligi tripliciter ¶ Primo de cō
ſūmatione veritatis. ſ. impletōnis ꝓpheti
arū et figurarꝫ veteris teſtamēti. ¶ Se=
cundo de conſūmatione charitatis. q. di.
Cōſūmatuȝ eſt ſignū euidentiſſimū cha=
ritatis mee ad humanū genus. ¶ Tertō
de conſūmatōe penalitatis: q̄ diceret: Cō
ſūmati ſunt omnes dolores quos ſuſcipe
venerā. Ubi notandū ꝙ conſūmare ideȝ
eſt qḋ ſimul ſūmare. Unde tunc aliq̄d cō=
ſūmatur quādo omnia ſigillatim acta vl
paſſa ſummātur ſimul. i. in ſumma recol=
liguntur. Chr̄s igit om̄ia ꝑpeſſa colligēs
quaſi in vna ſūma ſimul totū patri obtulit
dicēs: Conſūmatū eſt. quaſi dicēs: Pater
eterne ſicut ordinaſti ſic expleui legatiōeȝ
meā: Rogo igit amore mei aperias hūa=
no generi ianuaȝ paradiſi. O anima mea
aduerte ꝙ hec conſūmatio non fuit abſqȝ
cordis anguſtia. Jn hoc autē habem⁹ do
cumentū ꝙ in fine cuiuſlibet opis partes
habētis: puta orōnis: diuini officij: ꝑegri
nationis debem⁹ facere epiloguȝ: ꝛ ſic in
ſumma totū offerre deo. Unde officium
eccleſiaſticū ſpeciali collecta ꝯcludit. ꝗ
ideo dicit collecta: quia in ea tota vis offi
cij q̄ſi in ſumma collecta eſt. Bern. Ergo
in ſumma collige om̄es paſſiōis articulos
et ꝓ eis gratias age deo: dicēdo Conſum
matū eſt. Aug. Felix qui dicit cū Jeſu: cō
ſummatū eſt. Non em̄ datur denarius di=
urnus incipiētibus: ſed finiētib⁊: ꝛ corona
nō currētibus/ ſed ꝑuenientib⁊. Jnchoa
ergo penitentiā et perfice ¶ Septimū eſt
verbū finalis ꝯcluſionis: in quo. ſ. finalit
moraliter ꝯcluditur vita eius. Quādo. ſ.
dulcis Jeſus morti appropinq̄ns langue
ſcentes oculos deprimens ꝛ declinās caput
verſus matrē: oculoſqȝ in celum dirigens
vt ex modo moriendi oſtenderet quoniā
ex obediētia patris moriebat: concludens
vltimū verbum ſpiritū patri cōmendauit
dicēs: Jn manus tuas. i. in poteſtate tua
cōmendo ſpiritū meū. Hoc fecit quia nō
indigeret: ſed vt nos inſtrueret in omni
neceſſitate/maxime mortis articulo diui
num auxilium inuocare ꝛ ſpiritus noſtros
ſibi cōmendare. Sic itaqȝ clamās domi
nus/inclinato capite tradidit ſpiritū. Nō
coactus: ſed quando voluit. Chryſ. Per
hoc ꝙ moriens vocem magnā emiſit: ap=
tiſſime ſe verū deum eſſe demonſtrauit:
quoniā homines quando moriuntur vix
vocem emittere poſſunt. Notandū auteȝ
ꝙ eadem die. ſ. feria ſexta ꝛ eadem hora q̄
primus Adam peccauit: ſecūdus expira=
uit. Primus em̄ poſt meridiē peccauit. q̄a
mox vt peccauit audiuit vocē domini dei
ambulantis ad aurā poſt meridiem Ge=
neſ. iij. Et ſimiliter ſecūdus Adam poſt
meridiem expirauit. ſ. hora nona ab ortu
ſolis clamando. ſ. voce magna: Jn man⁹
tuas domine cōmendo ſpiritum meū. Jn
quo ꝑ clamorem inſinuauit maximū ꝛ a=
cerbiſſimū dolorem quē in ipſa morte ſuſ=
tinuit. Uidens autē Centurio ꝙ ſic cla=
mans expiraſſet: videns etiam ſigna que
fiebant: de quibus ſtatim dicturi ſumus:
Dicit enim: Uere filius dei erat iſte. Et
ſequitur. Qui erant cum Centurione cu=
ſtodientes Jeſum vidētes timuerūt val=
de ꝛ glorificauerūt deū di. Uere hic hō
iuſt⁹ erat Et mlti q̄ aderāt ad ſpectaculū

reuertebantur percutientes pectora ſua: quia decepti fuerant a principibus ⁊ ſenioribus. Scđm Chryſoſtomū. Centurio gentilis non ſolum confeſſor fuit: ſed etiam cōfirmatus in fide martyriū ſuſcepit. Et aduerte ꝙ centurio gentilis confitebat̄ chr̄m Judei vero ſcripturas ſciētes ipm negabāt. Sic ⁊ mō ſimplices ⁊ illiterati fidē tenēt: clerici ꝓ̄o negāt. Nā etſi lingua ꝯfiteant̄: nō tamē factis. Fides aūt ſine operibꝰ mortua eſt. Jaco. ij.

Septima eſt cōſideratio miraculoſe trāſmutationis videlꝫ de mirabilibꝰ mutatiōibus q̄ facte ſunt in morte dn̄i: vbi ſunt principaliter ſeptem cōſiderande admiratiōes.

¶Prima eſt admiratio obſcurationis tenebroſe.

¶Secunda eſt admiratio diuiſiōis ſerioſe.

¶Tertia eſt admiratio cōmotiōis impetuoſe.

¶Quarta eſt admiratio ſciſſiōis luctuoſe

¶Quinta eſt admiratio apertiōis gratioſe.

¶Sexta eſt admiratio profluxionis copioſe.

¶Septima eſt admiratio intumulationis glorioſe.

¶Prima igit̄ ⁊c̄. q2 chr̄o pendente in cruce ſol obſcuratus eſt ⁊ tenebre facte ſunt ſup terrā vniuerſam ab hora ſexta vſqꝫ ad horā nonā. Hiero. Hoc dicit factū fuiſſe per retractionē radiorū ſolis virtute diuina. Origeñ. aūt per interpoſitionē nubiū denſarū. Sed in hoc magis credendū eſt dionyſio ariopagite: qui dicit in epiſtola ad policarpū hoc fuiſſe ꝑ interpoſitionē lune inter ſolem ⁊ terrā: Et ibidem dicit ſe hoc vidiſſe cū eēt in egypto vbi ē ſerenitas aeris: quia rariſſime fiunt ibi nubes et pluuie: ꝓpter qđ potuit ibi talia perpendere. Uidit ergo (vt dicit) lunā ab oriēte aſcendentē verſus meridiē: ⁊ ſupponentē ſe ſoli. Hiero. autē ⁊ Origeñ. non loquūt̄ aſſerendo ſed quod ſic potuit fieri. Unde illa eclipſis fuit multipliciter miraculoſa. Tū ex parte temporis quia tunc nō erat tempꝰ ad talē interpoſitionē cū eſſet luna. xv. Propter quod ſicut habet̄ in hiſtoriis ſcholaſticꝭ: philoſophi q̄ erant athenis: cauſam naturalē talis eclipſis nō inuenientes: ad hoc adducti ſunt vt dicerent Aut deus nature patitur: aut tota mundi machina diſſoluit̄. Tū ex parte ipſius lune eclipſantis: q̄a primo obſcurauit ꝑtem orientalē: ⁊ iterū vltimo ab ea receſſit non ſic autem in eclipſi naturali. Item luna fuit quaſi īmobilis ſub ſole per tres horas: in eclipſi autem naturali cōtinue mouetur ſub ſole. Item quia tranſacta eclipſi: luna rediit ad orientē. Tum etiā ex parte loci: quia fuit vniuerſalis ſuper vniuerſam terrā: licet aliqui velint intelligi ſuper vniuerſaꝫ terrā iudee tantū. Ex dictis eñ dionyſii apparet ꝙ fuit in egypto. Ex his que dicūtur in hiſtoria ſcholaſtica apparet ꝙ fuit athenis: ⁊ ſm̄ Oroſiū fuit rome cū maximo terremotu. Euſebius etiam aſſerit ꝙ tunc in bithinia (que eſt in aſia) fuit magnus terremotus ⁊ maior ſolis obſcuratio q̄ꝫ vnqꝫ fuerit: ita vt ſtelle viderentur in celo. Sed quare facte ſūt tenebre ille. Reſpōdet̄ ꝙ multiplici ratiōe. Tū ad oſtendēdū quia tūc patiebatur dn̄s celorū: cuius iniuriā ſol videre non poterat. Nec dignum erat ꝙ ad interficiēdū creatorē illis iniquis creatura celeſtis inſeruiret. Tū vt natura inſenſibilis chriſto cōpatiēs: corda lapidea ad cōpaſſionē emolliret. Tuꝫ vt per hoc docerentur homines omnē vanū ornatuꝫ deponere Juxta illud. Ephe. iiij. Jam nō ambuletis ſicut gentes qui ambulant in vanitate ſenſus ſui. ¶Secūda eſt admiratio diuiſionis ſerioſe: quia videlicet velum templi ſciſſum eſt in duas partes a ſummo vſqꝫ deorſum. Erat autē hoc velum vt dicit Chryſoſto. precioſiſſimū de purpura ⁊ byſſo auro ⁊ ſerico contextū: quod in diebus celeberrimis ſuſpendebatur inter ſanctū ⁊ ſanctūſanctorū: facta eſt diuiſio illa ad vocem chriſti clamantis in cruce quando emiſit ſpiritū vt videtur dicere Matth. ⁊ Marc. Signabat autē huiuſmodi diuiſio impletionem et elucidationē veritatis in morte chriſti: q̄ latebat in figura veteris teſtamēti: ⁊ amotionem obſtaculi impedientis claram viſionem dei in celo: quod per ſanctumſan

ctorũ ſignificat̃. Item ꝑ hoc oſtendebatur ꝙ iudei non erant digni habere dignitatem ſacerdotalez. Item per hoc innuitur ꝙ timor malus aut pudor (qui eſt quaſi velũ interius cordis impediens cõfeſſionem ⁊ detectionẽ peccatorũ) debet totaliter ſcindi ⁊ diuidi. ¶ Tertia eſt admiratio cõmotionis impetuoſe: quia videlicz terra mota eſt: et hoc in ſignum deteſtationis horribilis peccati iudeorũ: qui propter hoc erant a terra ſua abijciendi. Per illuz enim terremotũ ſignificatur ꝙ terra non poterat creatoris ſui mortem ſuſtinere. Unde niſi miſericordia dei affuiſſz ipſa terra ſe apuiſſz ⁊ viuos eos infernus deglutiſſet. Item in ſignũ cõpaſſionis: vt chriſto creature inſenſibil̃ exemplo inclinaret̃ creatura rationalis ad cõpaſſionem chriſti morientis. Itẽ in ſignũ cõpunctionis: vt per hoc oſtenderet̃ ꝙ corda dura ⁊ terrena tremere debent per cõpunctionẽ in conſideratiõe dñice paſſionis. Sed nota ꝙ in naturali terremotu: corruũt alta edificia ⁊ campanilia: ſic moraliter ſi corda terrena bene ⁊ virtuoſe tremunt ſuperbi cadent ⁊ ſuperflui ornatus.

¶ Quarta eſt admiratio ſciſſionis luctuoſe: quia videlicet petre ſciſſe ſunt quaſi in ſignũ luct⁹. Vñ dicit Oroſius ꝙ tũc ſaxa in montibus ſciſſa ſunt. Et dicunt ꝙ adhuc videntur ſciſſure: et deponunt ibi peregrini cruces ſuas. Hec autem ſciſſio petrarum facta eſt in ſignum conuerſionis gentilium: ⁊ in ſignum etiam ꝙ corda noſtra quãtũcunqz dura debent chriſto morienti compati ⁊ ſcindi per cõpunctionem.

¶ Quinta eſt admiratio apertionis gratioſe: quia monumenta aperta ſunt: eoruz ſcilicet ex ꝗ ſpeciali gratia cum domino reſurrexerunt. Facta eſt igitur hec apertura monumentorum ad declarandum ꝙ chriſti reſurrectio ⁊ aliorum qui cum eo reſurrexerunt erat propinqua: ⁊ in figuram reſurrectionis generalis que futura expectatur. Cuz autem dicit euangeliſta: multa corpora ſanctorum qui dormierãt ſurrexerunt: intelligitur tanqz teſtes ſue reſurrectionis. Unde ſubditur: et exeuntes de monumentis poſt reſurrectionez eius ſcilicet chriſti: venerunt in ſanctam ciuitatem ⁊ apparuerunt multis ad teſtificationẽ dñice reſurrectionis. Myſtice per hoc ſignificatur ꝙ conſcientie fetide que ſunt peccatoruz monumenta debent in confeſſione aperiri: ⁊ peccatrices anime (que in peccatis dormierunt) per penitentiam ſuſcitari. De quinqz predictis ſic ait Hieronymus. Omnis anima chriſto morienti compatitur: ſol obſcuratur: velum templi diuiditur: terra mouetur: petre ſcinduntur: ſepulcra aperiuntur: ⁊ ſolus miſer homo non compatitur pro quo ſolo chriſtus moritur. Conſidera nunc o anima chriſti ſanguine redempta: quis qualis et quãtus qui pro te pependit in cruce: cuius tranſitum celum luget: terra plangit: petre deflent: velum oſtendit: et monumenta proteſtantur. O cor humanum omni ſaxo durius ſi ad tanti remedij moratiuum myſterij nec terrore concuteris nec compaſſione ſcinderis. Ambroſius. O duriora ſaxis pectora iudeorum iudex arguit: miniſter credit: latro confitetur: proditor ſcelus ſuum morte condemnat: elementa fugiunt: terra concutitur: monumenta reſeruntur: ⁊ tamen immobilis iudeoruz manet duricia orbe toto concuſſo.

¶ Sexta eſt admiratio profluxionis copioſe: videlicet ſanguinis ⁊ aque de aperto chriſti latere: Ad cuius manifeſtationez notandum ꝙ iudei (vt habetur in euangelio quoniã paraſceue erat) nolebãt corpora remanere in die ſabbati propter reuerentiam illius diei ſeu magis vt dicit. Simon de caſſia ne propter ſigna facta populus moueretur ad exhibendum chriſto reuerentiam ſi adhuc penderet in cruce: videbant enim multos ſignorum nouitate mutatos. Nolentes igitur ꝙ corpora remanerent in cruce: rogauerunt pilatum vt frangerentur crura crucifixorũ vt ſic citius morerentur ⁊ de cruce tollerentur. Venerunt ergo milites ⁊ fregerunt crura latronum. Ad ieſum autem cum veniſſent vt viderunt eum iam mortuum: non fregerunt eius crura vt impleretur ſcriptura. Exodi. xij. Os non commi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nuetis ex eo ſcilicꝫ agno paſchali qui chriſtum prefigurabat. In hoc ſignificatur ꝙ fortitudo veri agni incōtaminati ieſu non eſt fracta per paſſionem. Nam iudei credentes frangere chriſti doctrinam per eius mortem: amplius eam roborabant. In hoc apparent blaſphemi: iudeis quodammodo crudeliores: iurantes nunc per caput: nunc per pedes: nunc per dentes: nunc per ventrem: ⁊ alijs multis modis chriſtum demembrantes. Unus vero militum lancea latus eius aperuit in quo nimia eorum crudelitas patet quia nec mortuo parcebant. Et licet vulnus lateris non ſenſit (quia iam anima in corpore non erat ſed iam ad patres in limbo exiſtentes deſcenderat,) beatiſſima tamen virgo mater eius inde grauiſſime anxiata eſt. Tunc impleta eſt ſymeonis prophetia. Luce. ij. Tuam ipſius animā pertranſibit gladius. Sicut autem dicit Auguſtinus. In die iudicij improperabit dn̄s peccatoribus vulnus illud laterale dicendo. Ecce miſeri oſtium vite qḋ pro vobis apertum eſt: ⁊ intrare noluiſtis per amorem ſcilicet ⁊ deuotionem. Ex latere igitur chriſti ſic aperto continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua in lauacrum noſtre regenerationis. Iſta eſt aqua de qua dictum erat. Ezechiel. xlvj. Uidi aquam egredientem de latere dextro templi que tante virtutis erat vt omnia viuificaret: ad que attingere poterat ſcilicet omnem animam quā attingit per fidem ⁊ charitatem. Hoc autem fuit multum miraculoſum ꝙ ſic exierit de latere domini ſanguis ⁊ aqua: quia in homine mortuo ſanguis eſt totus congelatus. Sed quicquid diceretur de ſanguine: de aqua columniari non poteſt quin fuerit miraculoſa quia fuit puriſſima. Secundū autem ꝙ dicūt hiſtorie: iſte qui lanceauit dn̄m longinus erat: ⁊ vocabat: qui iam pre ſenectute caligantes habebat oculos: ⁊ cū de ſanguine per lanceam defluente oculos terſiſſet illuminatus fuit: ⁊ ſic in chriſtum credidit. Et ſcḋm Iſidorū fuit martyr et epiſcopus in ceſarea cappadocie: vbi monaſticam vitam duxit. Nunc etiam deuota anima oculos erige ad contemplandū illius dn̄ici corporis in cruce diſpoſitionē. Un̄ Bern̄. Quis non rapietur ad ſpem ⁊ impetrandū cōfidentiā: ſi attendat in cruce corporis chriſti diſpoſitionē: Uide caput inclinatū ad oſculū: brachia ad amplexandum extenſa: manus perforatas ad largiendum: latus apertum ad amādū: pedes affixos ad nobiſcum cōmanendum: totū corpus extenſum ad ſe totum nobis impendendum.

¶ Septima eſt admiratio intumulationis glorioſe: iuxta quod prophetatum erat. Eſa. xj. Erit ſepulcrum eius glorioſum. Hoc quippe dignū eſt admiratione ꝙ ſtatim poſt mortē tam ignominioſam: habuerit ſepulcrum tam honorabile ⁊ glorioſum ⁊ ꝙ maior reuerentia ſit ei exhibita mortuo ꝙ̄ fuerat viuo. Hoc q̇ppe decebat quia ſicut dṫ de lyra paſſibilitatem ⁊ humanitatē aſſumpſit propter noſtrā redemptionem: ideo ipſa redemptione facta ⁊ morte eius: debuerunt talia ceſſare: ⁊ ea que ſequebātur: quodammodo ad reſurrectionis gloriam pertinere. Patet autē honor ⁊ gloria ſepulture chriſti precipue ex parte trium. Primo ex parte ſepelientium: qui erant viri magni nobiles ⁊ potentes ſcilicet ioſeph et nicodemus. Ioſeph in ꝫ̄ dictus ab arimathia ciuitate iude: que ſcḋm Remigium eſt ipſa ramatha ciuitas helcane ⁊ ſamuelis. Erat autem iſte vir magne nobilitatis: quia decurio. id eſt de ordine curie ⁊ officio curie adminiſtrans: vt dicit Beda Et magne poteſtatis quia diues. Uir magne virtutis: quia audacter acceſſit ad pilatum: ⁊ erat vir bonus et iuſtus: diſcipulus ieſu: occultus tamen vſqꝫ tunc propter metum iudeorum: ſed nunc manifeſtus adeo etiam: vt mortis periculo ſe traderet amore chriſti: vt dicit Chryſoſtomus. Nicodemus autem vir erat ſapiens ⁊ legiſperitus: qui princeps erat iudeorum et diſcipulus etiam chriſti ieſu: vt ioſeph. Hi ergo duo licentia obtenta a pilato quia ſm̄ leges humanas corpora mortua damnatorū non debēt ſine licētia ſepeliri. Uenerūt ergo ad crucem: vt credit genua flectentes adora

uerunt dominū. Erat autē iuxta crucem
meſtiſſima mater eius cum Maria ma-
gdalena ⁊ Mariā iacobi ⁊ matre filio-
rum Zebedei ⁊ Joanne euangeliſta cete-
riſq; mulierib; q dn̄m ſecute fuerāt a gali
lea miſtrātes ei vt Mat. refert. Cū ḡ Jo
ſeph ⁊ nicod. dn̄z adoraſſēt ⁊ btāz ꝟgine re
uerēt ſalutaſſēt lachrymātib; ocul' dixert
Nūc venimꝰ o mater vt filiū tuū ⁊ magi
ſtrum noſtrū deponamꝰ de cruce ⁊ hono
rifice recondamꝰ in ſepulcro. O pietas et
deuotio laudabilis viroꝝ hoꝝ nobilium
Videte etiā virtutē ſanguinis chr̄i fuſi.
Prius em̄ cum viueret chriſtus fuerāt eꝰ
diſcipuli occulti: ſed nunc ſtatim poſt eius
mortez manifeſti. Jlli ergo reuerent' de-
poſuerunt corpus de cruce. Quo depoſi-
to domina noſtra mater ſuſcepit caput cū
ſcapulis in gremio: Maria magdalena
pedes apud quos tantā gratiā inuenerat
Alij circūaſtāt ⁊ om̄es amariſſime plan-
gūt. O q̄ntis lachrymis flebat virgo ma-
ter lauit ⁊ terſit eius vulnera cruenta et
deoſculabat' ea: ⁊ faciē eius ſacratiſſimaz
cōſpiciebat: ⁊ aſpiciēdo flendo ſatiari non
poterat. omnes etiā aſtantes amariſſime
flebant ita vt vix quiſq; eoꝝ loqui poſſet.
Secūdo apparet gloria ſepulture chriſti
ex parte loci: quia corpus chr̄i accipien-
tes portauerūt reuerēter ad monumentū
quod diſtat a monte caluarie paſſib; q̄n-
quaginta. Erat autē illō monumētum in
horto loco ameno: vt ꝑ hoc ſignificaretur
ꝙ ꝑ eius mortē ⁊ ſepulturaz liberamur a
morte quā incurrimꝰ ꝓpter peccatū Ade
in horto cōmiſſuz. Jlla etiā ſepultura ſi-
gnat: quoniā ꝑ eius mortē nobis adquiſi-
uit quietē in horto paradiſi. Erat autem
monumentū nouū in quo nōdū quiſq; po
ſitus fuerat. Auguſtinꝰ. Sicut in Ma-
rie virginis vtero nemo ante eum: nemo
poſt eum conceptꝰ eſt: Jta in monumen-
to hoc nemo ante illum: nemo poſt illum
ſepultus eſt. Et Theophilꝰ. Per hoc da
tur intelligi ꝙ ꝑ chriſti ſepulturā om̄es in-
nouamur morte deſtructa. Erat monumē
tum illud ſumptuoſum exciſum in petra:
nō de laterib; vel de terra: ne forte diceret'
defoſſatū ⁊ corpus chriſti ſublatū. Vt di
cit Augꝰ. Sed tamē q̄uis magnificū eſſet

ſepulcrū: attēde tamē quoniā alienū erat.
Et hoc ſm̄ Auguſtinū. quia pro noſtra
moriebatur ſalute. Et Theophilꝰ. Attē-
de ꝓ nobis abundantiā ſuſcepte paupta-
tis: Nunq; domū i vita habuit Poſt mor
tem ꝓo in alieno ſepulcro recōditur. Ter
tio apparet gloria ſepulture chriſti ex mo
do ſepeliendi: quia fuit corpus domini a-
romatibus cōditum q̄ſi libris centū myr
rhe ⁊ aloes/ſicut mos erat iudeis ſepelire
quia hec virtute ſua arcent vermes: ⁊ diu
ſeruant corpora ne putrefiāt. Et licz hoc
fecerint ex deuotōne: nihilo minꝰ tamen
nō indigebat corpus: quia corrūpi nō po
terat. Pſalm̄. Nō dabis ſanctū tuū vide-
re corruptionē. Jtē ſepultus eſt in ſyndo-
ne munda: id eſt in panno lineo mūdo qui
ſignificabat innocentiā chriſti: ⁊ aduolu-
tum eſt ſaxum magnuz ad oſtium monu-
menti: vt ſic appareret omnimoda veritas
mortis ⁊ ſepulture ſue. Et ne de facili poſ
ſet diſcooperiri ⁊ corpus inde diſtrahi: vt
ait Hieronymꝰ. Jn hac autē chr̄i ſepul-
tura docemur qualiter dominicū corpus
in nobis ſepelire debemus/ipm̄ ſacramē-
taliter recipiendo. Debemus em̄ ipm̄ po-
nere in horto: id ē i mētis amenitate. E-
ſaie. lviij. Eris quaſi hortus irriguꝰ. Vn̄
ſponſa ſponſum inuitat Canti. v. Veniat
dilectꝰ meus in hortū ſuū: ⁊c̄. Jn ſyndo-
ne munda. i. in conſciētia pura cū mixtu-
ra myrrhe ⁊ aloes: id eſt cum amaritudi-
ne cōpaſſionis reſpectu paſſionis ſue: ⁊ cō
punctionis atq; penitētie. Jn monumen-
to nouo: id eſt in corde puro et renouato
per gratiam. Jn monumento inq; la-
pideo id eſt corde ſtabili in fide cum lapi
de aduoluto ad oſtium monumēti: id eſt
cū firmo ꝓpoſito ſēper bene viuendi ⁊ cum
charitatis ſoliditate. Jtaq; o fidelis ani-
ma ne obliuiſcaris amaritudinē mortis do
mini tui: eiq; gratias age corde deuotiſſi-
mo: dicens cum Bernardo: O bone Jeſu
q̄ dulciter cum hominib; cōuerſatus es:
q̄ magna ⁊ abundantiſſima eis largitꝰ es:
q̄ dura ⁊ aſpera pro eis paſſus es: Dura
verba: duriora verbera: duriſſima crucis
tormenta. Hanc igitur paſſionez domini
deuotiſſimis animis ſepius reuoluamus
Hec eſt via aſcendendi hieroſolymam.

¶ Exemplū narrat Ceſari9 de q̄dā abbatiſſa multū religioſa: q̄ cū moritura eēt, paſſionē dn̄i corā ſe legi faciebat. Cū aūt ventum fuiſſet ad locū illū In man9 tuas dn̄e comēdo ꝛc. Ilico expirauit. Que cū poſt mortē cuidā ſctimoniali apparuiſſz ꝛ d̄ ſtatu eius ſciſcitaret̄ / ait: ſtatim in illa hora q̄ anima mea egreſſa eſt de corꝑe euolauit ad celum. Aliq3 ſorori in orōne exiſtenti apparēs inſperato: ꝛ ſciſcitāti d̄ ſtatu ſuo ait canēdo illū ꝟſiculum dauiticū Sic audiuimus ſic vidim9 in ciuitate dn̄i virtutū. Nihilq3 aliud loq̄ns oculis ſororis ſubtracta eſt. Iugiter ḡ hanc paſſionē dn̄icā meditemur: oīa ꝓdicta amore nr̄i piiſſim9 ieſus portauit. Non ſit ḡ nobis dur̄ ea ꝑ amore ipius et ſalute nr̄a ſepiſſime recordari. Ad h̄ nos hortat̄ Bern. Uide hō q̄ amore dilexit te deus tu9 vt ei9 veſtigia ſequaris: ꝑ te ligatus ē: vt a pctōꝝ vinculis abſoluaris: ꝑ te flagellat9 eſt / vt te a flagellis eterne ire erueret: ꝑ te iudicat9 ē / vt te a iudicio dānationis liberaret: ꝑ te coronat9 ē ſpinis / vt te coronaret in celis: ꝑ te mortuus eſt / vt te a mortuis ſuſcitaret: ꝑ te ſepultus / vt in te vicia ſepeliret Hec ille.

Tercii9 ar. Cauete ne ꝓuemi hereditate celeſti quā vob tanto ꝓcio adq̄ſiuit dn̄s ieſus. Diceris forte. Ex q̄ tanto ꝓcio nob eſt adq̄ſita: nr̄a eſt / ea priuari nō poſſumus. Audite Dicit lex. Filius ferēs auxilium pr̄is aduerſario / meret̄ exheredari. ꝑ legem liberi. C. d̄ inoffi. teſtamēto. Similis ſnīa h̄r extra de iureiur̄. c. Quinta vallis in gloſa Pone caſum iuxta legem: ꝛ applica notādo q̄r cauendū eſt ne confederemur diabolo q̄ chr̄i eſt aduerſari9. Sic ei iuſte ꝓuaremur celeſti hereditate. Expone ſi vis parabolā de ſponſa: cui ſublata ē hereditas ꝑ tyrannū: recuperatā ꝑ ſponſū in illa q̄rela morientē. Poſt cui9 mortē: ſeruatur camiſia cruentata vt oñdat̄ filijs ne cōfederent̄ aduerſario pr̄is. Expōe ꝛc. Spōſus eſt chr̄s / tyrānus eſt diabolus / ſponſa natura hūana / hereditas paradiſus. Camiſia recitatio paſſionis dn̄ice. Hanc ergo frequenti9 recitem9 vt in pctōꝝ odio: ꝛ chriſti amore ſemꝑ in dies ꝓficiamus amplius. Nam vt dicit Aug9 in lib. de cathezizandis rudib9. Si amare pigebat ſaltē redamare nō pigeat.

¶ Alia dn̄ice paſſionis ꝑtitio ſeu diuiſio.

Sed ſi volueris aliam tenere formā iuxta paſſionis hiſtoriā ꝓpone tria ꝯtemplāda.

Primū eſt ſaluatoris cōprehēſio.
Scōm eſt comꝓhenſi iudicatio.
Tertiū eſt iudicati executio.

¶ Circa primū.
Oblationis beniuolentia.
Traditionis neq̄tia.
Comꝓhenſionis violentia.

¶ Beniuolentia oblationis patet in triplici ſigno.
Primū eſt multiplex ꝓnūciatio figuralis vicz ꝓphetalis ꝛ ꝑſonalis.
Scōm eſt ſacramental̄ inſtitutio.
Tertiū eſt realis expoſitio.

¶ Ubi eſt triplex ꝯtemplatio. vicz
Localis aggreſſionis.
Cordialis orationis
Et actualis obuiationis. q2 obuiā iuit ꝑſecutoribus.

¶ Traditionis neq̄tia triplex.
Neq̄tia ꝯuentionis oſculi.
Neq̄tia ſimulationis oſculi.
Et nequitia indurationis oſculi. q2 neq3 ꝓpter retrogreſſionem: neq3 ꝓpter malchi curationem: neq3 ꝓpter benignā allocutionē a ꝓpoſito deſtiterunt.

¶ Comꝓhenſionis violentia triplex.
Violentia ſiue crudelitas obſtinationis.
Ligationis.
Et deductionis.

¶ Circa ſcōm ꝓncipale qd̄ eſt comꝓhēſi iudicatio tria ſunt ꝯtemplāda.
Iudicandi examinatio.
Examinati accuſatio.
Accuſati condēnatio.

¶ Circa iudicādi examinationē factā. ſ. in domo anne ꝛ caiphe notanda eſt triplex contemplatio.
Prima eſt iniurioſe inquiſitionis. vbi ē cōſideranda triplex iniuria. Interrogatiōis / ꝑcuſſionis: et teſtificationis
Secunda opprobrioſe negatiōis: vbi ꝛ notanda vituperanda negatio: mirāda ꝑmiſſio: imitāda compunctio.

¶ Tertia ē ignominioſe concluſionis vbi eſt conſiderāda ignominia triplex vicȝ Ignominia reprobationis. qꝛ dixerunt eum reū mortis. Ignominia illuſiōis. Et ignominia deſperatiōis. ſ. iude.

¶ Circa examinati accuſationē corā pilato factā tria ſunt ꝯtēplanda. vicȝ
Preſentati accuſatio.
Accuſati interrogatio.
Interrogati excuſatio.
In his apparet Iudeoꝝ inuidia.
Iudicis vecordia. Hec ſunt mixtim ptractanda Chriſti innocētia.

¶ Circa accuſati condemnationē tria ſūt cōſideranda.
Iudeoꝝ duricia q̇ potius barabbā q̄ʒ ieſū petierunt. necȝ ꝓpter flagellationē: necȝ ꝓpter illuſionem a malicia ceſſauerunt. Iudicis auaricia. Et chriſti ſaluatoris innocentia. Hec tria ſunt mixtim ꝛ ſil' iuxta hiſtoriā tractanda.

¶ Circa tertium ṗncipale (q̄ð eſt iudicati executio) tria.
Executoꝝ neq̄tia.
Saluatoris beniuolentia.
Signoꝝ euidentia

¶ Executoꝝ nequitia patet.
In opprobrioſa chr̄i eductione.
Doloroſa educti crucifixiōe.
Vituperoſa crucifixi illuſione

¶ Saluatoris beniuolentia patȝ.
In verbis in cruce ꝓlatis: in quib' oſtendit Pietatem compaſſionis erga crucifixores: latronem: ꝛ matrē Acerbitatē paſſionis: cū dicit heli. Charitate affectionis i alijs trib' verbis.

¶ Signoꝝ euidētia i triplici differentia.
Quedā in creaturaꝝ trāſmutatiōe.
Quedā in lateris apertione.
Quedā in ei' intumulatione.

¶ Applicare potes de facili paſſionis hiſtoriā ad ṗdicta.

## ¶ De condemnatione chriſti

Secundū legem debet mori Ioan. xix. Omne tempus ab initio mundi vſq̧ ad finem: in tria tpa diſtinguit̄. ſcȝ
¶ In tp̄s legis nature.
¶ In tp̄s legis ſcripture.
¶ Et in tp̄s legis gr̄e.

Lex primi tp̄is d̄r lex nature. qꝛ ꝑ iudiciū rōnis mund' regebat̄ ſine q̄cunq̧ ſcriptura. Et talis lex durauit ab adā vſq̧ ad moyſen. ¶ Lex ſecundi tp̄is vocat̄ lex ſcripture. eoq̧ mund' regebat̄ per legem ſcriptaȝ a deo moyſi datā: ꝛ durauit a moyſe vſq̧ ad aduentum chr̄i. ¶ Lex tertij tp̄is vocatur lex gratie. qꝛ offert grām ꝛ gl'iam obſeruantib' eā: q̄ð alie due non poterant facere: ſed generalit̄ q̄ ad introductionē glorie. Et durabit a chr̄o vſq̧ ad finem mūdi Et in qualibȝ iſtaꝝ legum facta eſt mētio de chriſti paſſione ꝛ morte. In lege ḡ nature fuit ṗfigurata. In lege ſcripture ꝓphetata. Et in lege gr̄e completa. Ita q̧ veriſimile de eo pōt dici Scōm legem debet mori. ¶ Pro q̄ notandum q̧ in lege hūana qn̄ agit̄ de morte alicui': q̇ de crimine vl' offenſa accuſat̄. ṗmo dat̄ aduocat' cuilibet parti/ ꝛ auditis rōnib' Aliqn̄ cā ponitur in conſilio aſſiſtentiū. deinde aſſignat̄ iudex. ¶ Ad videndū igit̄ vtrum chr̄s ſm legē nature debeat mori. ponat̄ ſua cā i curia ꝛ aſſignem' ei aduocatū. ſ. innocentiā. Et aduocatus hūani generis ſit charitas Conſiliarij ꝓo ſint duodecim filij iacob: ꝛ loquat̄ ioſeph ꝓ omnib'. Iudices aūt ſint q̄ttuor patriarche legis nature. Adā noe: abraā: iacob. Incipiat ḡ innocentia aduocatus chriſti. Chr̄s ſm legem nature nec debet mori nec interfici. Probo ſic. Null' iuſtus ꝛ innocens ſm legem nature debet mori: ſed chr̄s eſt hmōi: ḡ ꝛc. Maior ptȝ. Quia ꝓpter petm̄ introiuit mors in orbē terraꝝ. Sap. ij. Et ip̄e eſt qui petm̄ nō fecit. Surgat aduocat' humani generis. ſ. charitas di. Chr̄s ꝓ ſalute humani generis ſm legem nature debet mori. Q̄ð ꝓbo ſic. Quilibȝ ſm legem nature ex charitate dȝ alteri facere q̄ð ſibi vellet fieri. vt habet̄ Lu. vj. Et. j. diſt. c. j. Ius naturale ꝛc. Sȝ ſi chr̄s ſic fuiſſȝ ꝛ eēt pctōr ꝛ captiu' teneretur/ merito vellet redimi ꝛ liberari. Cuȝ ḡ ip̄e ſit ſūme charitatiuus/ debet velle redimi gen' humanū ſm legē nature. Sed h̄ non pōt decenter fieri niſi ꝑ mortē. vt vij debit̄ poſtea: ḡ ꝛc. Charitas valde bn̄ locuta eſt. Sed quid rn̄debit ad rōnem innocentie q̧ nullus iuſtus innocens dȝ mo

ri. Rñ. charitas. ꝙ nullus ſm lege͂ nature
oȝ interficere innocente͂ niſi velit: ſed tñ nõ
obſtat qn innocens ꝓ ſalute multoꝝ non
poſſit ⁊ debeat velle mori ſm lege͂ nature
Nam multi h voluerunt ꝓ ſalute reipubli-
ce. Nam legit̃ cū romani ſemel q̃dam pe-
ſte vniuerſaliter imaniter grauarent̃: volu-
erunt ſuꝑ hoc deos ↄſulere. Qui rñde͂tes
dixerūt ꝙ nullo mõ peſtis illa ceſſaret: ni-
ſi aliqs ipoꝝ ꝓ redemptione ꝑpli ſe libere
morti traderet. Q̊ō audie͂s q̃dam miles
aſſumptis armis equū aſcendit: ⁊ in quā-
dam foueā ex alto ſe proiicie͂s a terra ⁊ la-
cu ſūmerſus eſt/ ⁊ ſe libere morti tradidit/
⁊ ſic peſtis illa ceſſauit. Videam⁹: audite
rõnib⁹ diffinitione͂ conſiliarioꝝ. Tunc io-
ſeph ꝓ omnib⁹ loq̄bat̃ dicens. ꝙ chr̄s de-
bet a diſcip̄lo ſuo tradi. q2 ego figura chr̄i
ſti in lege nature: ſed ſic ego fui proditus a
fratrib⁹ ⁊ vendit⁹ ꝓcio triginta denarioꝝ.
Geñ. xxxvii. g̊ chr̄s debuit tradi et vendi
⁊ mori. q2 veritas debet correſpondere fi-
gure. O dñi iudices audiſtis aduocatos
chr̄i ⁊ hūani generis: audiſtis ⁊ diffinitio-
ne͂ conſilii. Nunc iudicate ſi ſm lege͂ debet
mori ¶ Adam ꝑmo loquit̃ di. Ego (inq̄t)
adam ꝑncipiū totius hūani generꝭ pecca-
ui in ligno Geñ. iii. vt g̊ punitio correſpon-
deat culpe: punitio debet fieri in ligno ſm
illud Sap. xi. Per q̄ qs peccat ꝑ hec ⁊ tor-
quet̃. Item Chr̄s vult vincere diabolum
q2 diabolus hoiem vicit: ſed diabolus vi-
cit hoiem ꝑ lignū: g̊ debet in ligno mori ꝓ
ſalute mea: ⁊ totius generis mei ſm illud
Prefationis. Qui ſalute͂ hūani generis
⁊c. ¶ Noe ſcõs iudex poſtea dixit ꝙ chr̄s
debet mori nudus ⁊ derideri ſm lege͂ na-
ture di. Quia chriſti fui figura in lege na-
ture: ſed poſtq̃ bibi vinum nudat⁹ fui: ⁊ a
filio meo maiori deriſus. g̊ chr̄s qui eſt ve-
ritas debet ſic nudari ⁊ derideri ⁊ a filio
.ſ. maiori. ſ. a iudeis Eſaie. i. Filios enu-
triui ⁊ exaltaui ⁊c. Et in hui⁹ ſignū hodie
altaria denudant̃: ⁊ ſaluator noſter hodie
nudus in cruce pependit. ¶ Abraam terti-
us iudex dicit ꝙ in cruce debet mori. Rõ
eſt. fili⁹ me⁹ iſaac cum debuit imolari: por-
tauit lignū ſuꝑ humeros ſuos ſuꝑ monte͂
caluarie: q̄ ligna ſm glo. poſita fuerūt i mo-
dū crucis in figurā paſſionis chriſti: ſed fi-
lius meus fuit figura ei⁹: g̊ ꝓpriam debet
ferre cruce͂ in qua imoletur. Jacob q̄rt⁹
iudex dicit. Vidi ſemel vnam ſcalā cuius
ſūmitas celū tāgebat: ⁊ in figurā hui⁹ edi-
ficaui ibi altare. Hec ſcala figurabat cruce͂
q2 mons caluarie eſt iuxta monte͂ ſion: et
ibi debebat fieri altare ⁊ ſacrificiū ꝓ ſalute
humani generis. g̊ ſm legem nature chr̄s
debet in monte caluarie imolari ⁊ mori. O
dñe ieſu chr̄e aduocatus veſter vt video
eſt victus. et ſm legem nature debetis mo-
ri. Et his auditis chr̄s conuertit ſe ad ma-
trem ſuā dicens. O chariſſima mater mea
hec habeo ꝓ te ſuſtinere. In carne eñ do-
mina mea de te traxi ꝙ debeo mori: q2 ho-
mo ſum. Et ſñia vniuerſalis fuit ꝙ oẽs
homines morerent̃. Hec pia mater audi-
ens flens ⁊ ſuſpirans: loquit̃ ad adā ⁊ euā
Heu ꝓceptum dñi ꝓteriiſtis et filius me-
us morit̃ pro vobis. O vtinā illud lignū
nunq̃ fuiſſet: vt filius me⁹ morte͂ illā eua-
deret. Et adā. O regina miſericordie dul-
cis mater: vos eſtis de progenie mea: pie-
tatem habete de nobis: q̄ quinq̃ milibus
annis fuimus in tenebris cum patrib⁹ tu-
is: vt ꝑ amore͂ filii tui hic vna die exeam⁹:
q2 nec tu poſſes domina celum intrare: ni-
ſi filius tuus moreret̃/ nec forte mater ei⁹
tu fuiſſes: niſi ꝓpt̃ nos peccatores. Et ma-
ter anxia neſcie͂s/ ad quā parte͂ obaudiret:
in ſecreto mentis iude ꝓditionem cogno-
ſcens: ad eum conuerſa/ dixit. O iuda ꝓdi-
tor ſceleratiſſime q̄d tibi fecit filius me⁹?
Nonne ap̄lm ſuum ⁊ ꝓcuratorem te fecit/
⁊ peccatum tuū tibi remiſit? O proditor q̄-
re tradere diſpoſuiſti? O qualis ẽ iſta ſen-
tentia vt ſm legem nature filius meus de-
beat mori. Certe ad ſuperiorem legem ap-
pello ſcȝ ad legeȝ ſcriptam. lȝ dictum ſit ꝙ
in illa lege mors filii mei fuerat ꝓphetata.

¶ Secunda lex.

¶ Sit igitur aduocatus chriſti fidelitas/
et aduocatus humani generis ꝑfidias. Cõ-
ſiliarii vero duodecim minores prophete.
Et iudices/ Dauid Hieremias Salomõ
et Eſaias. Dicat ergo aduocatus chriſti.
ſcilicet fidelitas. An debeat mori? Et di-
cit ꝙ non ſm legem ſcriptam. Quia pro-
ditio et infidelitas eſt/ interficere dominū
ſuum naturalem ſine culpa: ſed chriſtus
eſt dominus omnium: eo ꝙ omnis creatu-
ra ipſi obediat/ et eſt ſine culpa. igitur ⁊c.

Aduocat⁹ aũt hũani generꝫ vicꝫ ꝟitas dt
Fidelis amic⁹ ⁊ verax debet ſuare iuiola-
biliter ꝓmiſſũ. ſed chr̃s q̃ eſt ſumma ꝟitas
infallibil' ꝓmiſit ſe in lege quã Moyſi tra
didit ꝓ ſalute hoim mori: qđ patꝫ Eſa. xl
Cõſolami cõſolami ꝓpl'e me⁹ dt dñs de⁹
vr̃. In fortitudīe veniet ⁊c. ḡ debet mori.
Et rñdet ad rõnem aduocat⁹ chr̃i q̃ ꝓbat
q ꝑditio ⁊ infidelitas eſt int'ficere ⁊c. Di
cendũ q verꝫ ẽ/niſi velit. ſed ipemet ſe libe
re repromiſit moriturꝫ. igit'. Rñđ. aũt cõ-
ſiliarij. Dic Oſee ð chr̃o. De manu mor
tis liberabo eos: de morte redimã Os. ca.
xiij Zachar. Appẽderũt mercedẽ meã tri
ginta argẽteis. ca. xj. Mich v. ca. Uirga
ꝑcutient maxillã iudicꝫ iſrl'. Tale teſtimo
niũ dant oẽs ceteri ꝓphe. ſed ꝓpt' ꝓlixitatẽ
omittunt'. Uos igit' dñi iudices iudicetꝫ
Audiſtꝭ aduocatos ⁊ ꝯſiliarioꝝ diffiniti-
onẽ: Detꝫ igit' ſnīam. Dauid prim⁹ iudex
donãs ſnīam: Chr̃s ꝑforatꝫ manib⁹ ⁊ pe-
dib⁹/ſm legẽ ſc̃pture debet mori in cruce.
q̃a ſc̃ptũ ẽ. Foderũt man⁹ meas ⁊ pedes
meos ⁊c. Itẽ. Redimet dñs aias ſeruoꝝ
ſuoꝝ. Et tu Hieremia dic teſtimoniũ qđ
noſti. Ego inq̃t dico. iij. ca. Dedit. i. da-
bit ꝑcuſſorib⁹ maxillã ⁊ ſaturabit' oppro-
brijs. Salomõ Sap. ij. Morte turpiſſi-
ma ꝯdẽnem⁹ eũ. Eſa. l. Faciẽ meã nõ auer
ti ab increpantib⁹ ⁊ ꝯſpuentib⁹ ĩ me. Idẽ
liij. Propter ſcel⁹ ꝓpl'i mei ꝑcuſſi eũ. O bo
ne ieſu ecce aduocat⁹ vr̃ vict⁹ eſt. Judices
iudicãt q ſm legẽ ſc̃ptã debetꝫ mori ꝓ ſa-
lute generꝫ hũani. Tũc chr̃s natural'r mor
tẽ fugiẽs/ad matrẽ potuit dicere ſic. Heu
mr̃ chariſſima q̃re aũ iſtos iudices appel-
laſtꝫ: Si mortu⁹ fuiſſem ſm ꝓmã legẽ in-
nocẽtie: multi crediđiſſent me inocentẽ: ſꝫ
ſm legẽ ſc̃ptã rigoroſam forte aliq̃ crede-
rent me reũ ⁊ morte dignũ. Tũc mr̃ me-
ſtiſſima potuit ita dicere voce flebili Heu
q̃d fecit fili⁹ meus vt ſc̃ptura eũ ita cõde-
mnet. O iudei ꝯdãnabiles eritꝫ/ſi ita cru
deliter ꝯdẽnetꝫ. O filij iſrl' attẽdite Nõne
vos de ſeruitute egypti liberauit. vos do
cuit: vob' ꝑdicauit: īfirmos vr̃os curauit:
Fuit ipe latro: ſeductor: aut illuſor: Uos
dixiſtꝫ Mat. xxij. Scim⁹ q̃r verax es ⁊ vi
am dei ĩ ꝟitate doces. Et Joã. vij. Nun-
q̃ ſic locut⁹ eſt hõ. Heu cur talẽ ſnīam con
tra eũ ꝓfertꝫ Ecce tertio ab iſta ſnīa appel
lo ꝓ parte filij mei ad legẽ gratie q̃ maior
eſt veſtra. Tertia lex.

Ad iſtã ergo ꝓcedam⁹: et ſit aduocat⁹
chr̃i iuſticia freta ꝯſilio ꝟitatꝫ diuie. Ad-
uocat⁹ ꝓ humani generis ſit benignitas
adiuta pacis cõſilio vl' ꝓſidio. Conſiliarij
ſint duodeci apl'i. Judices ꝓ q̃truor eua-
geliſte. Juſticia igit' exorſa eſt freta conſi-
lio ꝟitatꝫ di. Scđꝫ nullã legẽ iuſtũ eſt in-
terficere bñfactorẽ ⁊c. ſed chr̃s ẽ hmõi. ḡ.
Tũc benignitas adiuta pace di. q ſm le-
gem dꝫ mori. Cui⁹ rõ eſt. Nõ decet dñm
ſũme bonũ ⁊ ſũme benignũ dimittere po-
pulũ ſuum ꝓpter pctm̃ vnius captiui ꝑpe-
tuo. Sed chr̃s ẽ hmõi. ḡ debet ꝓplm ſuũ
de manu diaboli liberare: qđ nõ pot decen
ter fieri niſi moriat'. Igit' ſm legẽ gr̃e de-
bet mori. Nec vrget articulus iuſticie. ſcꝫ
q nõ eſt iuſticie interficere inocentẽ. Uerꝫ
eſt ex ꝑte occidentiũ. tñ ex ꝑte finis iuſtũ
eſt vt bñfactor moriat' ⁊ ne tot⁹ ꝓpl's ꝑda
tur. ſicut ꝓpherauit caiphas Joã. xj. Ex-
pedit vobis vt vn⁹ moriat' ⁊c. Iterꝫ iu
ſticia replicauit. Juſtũ eſt vniciuꝗ̃ qđ ſu
um eſt tribuere. ſed hõ ꝓ pctõ penã eternã
adq̃ſiuit. et de⁹ ſua iuſticia nihil inultũ re-
linq̃t. igit' nec hõ ꝑ morte dñi redimi debu
it: nec chr̃s ꝓpter hoiem mori. Rñdet
benignitas. Cũ de⁹ ſua ſũma bonitate ho
minẽ ad imaginẽ ⁊ ſilitudinẽ ſuam fecerit
Geñ. j. indignũ videt' vt tã digna creatu-
ra pereat: ⁊ deus ſuo ꝓpoſito fraudet': q̃m
ꝓpterea fecit hoiem vt eũ cogiceret: ⁊ cog-
nitũ diligeret: ⁊ dilectũ hrẽt: ⁊ hito fru-
eret' Si ḡ in toto ipm puniret: nulla pror-
ſus benignitas: nulla miſcđia: imo crude-
litas videret'. Ps. Nõ obliuiſcet' miſereri
de⁹: nec ꝯtinebit in ira ſua miſcđias ſuas.

Diuia aũt ſapia cogitãs cogitationes
pacꝫ ⁊ nõ afflictiõis vidẽs tales altercatio-
nes: vidẽs q iuſticia lederet' niſi ſufficiẽs
pena ꝓ oib⁹ ſolueret'. ⁊ miſcđia deſparet ſi
q̃libet ſufficiẽti pena puniret'. Nã iuſticia
petit vt fiat digna ſatiſfactio. miſcđia ꝓ
req̃rit vt hõ extra miſeriã remittat'/et fiat
ei pcti remiſſio. Ideo q̃ ad redẽptionẽ mi
ſericordia ⁊ ꝟitas obuiauerũt ſibi: q̃m vt
diuia ſapia ⁊ miſcđie ⁊ iuſticie ſatiſfaceret
poſuit hãc cãm in manu ꝯſiliarioꝝ ⁊ iudi
cum. Dicit ḡ. O cõſiliarij duodeci apl'i
q̃d vobis videt': Et petr⁹ loquit' ꝓ oib⁹. j.

Pe.ij. Chr̃s dʒ mori ꝑ nobis vobis relin
quens exemplũ vt ſeq̃mini veſtigia eius.
Et tunc iudices etiã ſic auditꝫ partib⁹ et
conſilijs: maxime Mat.xxvj. Marc.xv.
et Joan.xix. magna voce intonãt. Re⁹ eſt
mortis. ꝛ hoc eſt conueniẽs ſm legem grẽ
ſpm mori. Et tunc lucas vlt.c. ꝯcludit d.
Oportuit chr̃m pati: ꝛ ita intrare gl'iaꝫ ſu
am. ¶ Audiens hec diuina ſapia adiudi-
cauit ꝙ ꝓpter redemptionẽ humani gene-
ris penaꝫ ꝛ crucẽ aſſumeret ꝓ omnib⁹: et ꝑ
mortẽ ſuam gl'iam daret. Ex q̃ iuſticia et
pax oſculate ſunt. O pie ieſu nũc vt video
ſm omnẽ legẽ debetis mori. Nonne pa-
ſtor bonus animã ſuã ponit ꝓ ouib⁹ ſuis.
Joan.x. Tũc pia mr̃ potuit hec dicere. O
pr̃ omnipotentiſſime intende nunc in cãm
filij tui orphani: pr̃em non habentꝫ in ter-
ris: ꝛ vidue ancille tue paupcule in terra re
manentꝫ. Ad vos vtiq; de cã filij ꝑ leges
inferiores condemnati appello: ꝛ ad tribu
nal diuini iudicij peto audientiã. Ad quaꝫ
deus pr̃ rñdens ait O filia mea q̃uis ino
centia ꝛ iuſticia filij mei audientiã in iudi-
cio requirant: tñ cã eſt in ea ſatiſfactionem
pcti requirens. Et dña O dñe Aſtiterũt
reges terre: ꝑpli ꝛ pncipes conuenerunt in
vnũ ad.ꝛc. Si g̃ leges humane hoim q̃ fa
ciliter declinare poſſunt a recto: ſtatuerũt:
vt nemo eſſet iudex in facto ſuo. hoc tñ cir-
ca vos locũ nõ habet: cui iuſticia nõ obli-
gat̃/ ſed recta in vobis ẽ. Item. vos eſtis
ſumm⁹ imperator nec ſubiect⁹ legib⁹ hũa-
nis. Item ſm iura. illi de familia impera
toris ad iudiciũ ipſi⁹ deduci poſſunt. Jdo
hmõi ꝓceſſus vicꝫ filij ad vos ẽ deriuãd⁹
Rñſ. pr̃is. Audi filij mei mater chariſſi-
ma q̃uis vera loquarꝫ: tñ non eſt oim noſ-
ſe tp̃a vel momẽta ꝛc. Nam q̃uis ꝓ nunc
ſꝫ verã diſpoſitionẽ ꝑmittã hoies vti libe
ro arbitrio: nec de oib⁹ exigo nũc rõnẽ: nec
punitionẽ ne hoies timore pene ſeu vindi-
cte tm̃: ꝛ nõ amore iuſticie dimitterent ma
la agere. Et lꝫ nunc q̃dem mala nõ puniã
vt putãt aliq̃: ꝙ non ſit mihi cura de regi-
mine mundi. teneas ꝓ certo ꝙ cũ accepero
tp̃s: ego iuſticias iudicabo. i. ſi recte iudica
uerint examinabo. Et filio tuo dedi oẽ iu-
diciũ facere. Jo.v. Et mater. O rex imen
ſe maieſtatꝫ ne diſpliceat: pcor ſi ãcilla tua
aliq̃d dicat ad dolorẽ intimũ exprimendũ
vt itelligant ꝛ cõpungant̃ corda filioꝝ ho
minũ ꝓ q̃ꝝ pctis delendis tantũ exigit̃ de
bitũ. Et q̃uis pr̃/ iudicia tua ſint abyſſus
multa: ꝛ nob̃ incognita. tñ aliq̃ tua clemẽ-
tia reuelaſti. vt ptꝫ. O pr̃ ſancte licꝫ adam
mortẽ ex pctõ meruiſſet: ipſum tamen tua
miſcdia circa mille annos viuere ꝑmiſiſti:
q̃nto magis filiũ tuũ q̃ nunq; tibi diſplicu
it. Mat.xvij. Vox ſanguis abel te cõmo-
uit iuſticiã iterpellãdo ꝛ tñ frẽm ſuũ reũ
mortis diu ſuſtinuiſti. Noe iuſtum a di-
luuio ſaluaſti. Abraã de igne chaldeorũ
ſeruaſti. Jſrael de egypto ꝛ de mari rubro
liberaſti: ꝛ pharaonẽ ſũmerſiſti. Regi da
uid culpã indulſiſti/ ꝓpter heliã defenden
dũ bis ignẽ de celo deſcẽdere feciſti Tres
pueros in fornace ſeruaſti: ꝛ danielẽ in la-
cu leonũ. Et ſuſannã inter falſos accuſato
res ꝓſeruaſti. O dñe Nũc miſeratiões tue
defecerunt. mali regnant ſuꝑ iuſtũ/ qui tot
bona eis fecit ¶ Rñſio pr̃is. O pia mater
aſpicio compunctiões tuas ex ſincera dile
ctione ꝓcedere (etſi grauiſſima tolerantia)
ꝯſideranda ẽ tñ hoĩs redemptio: celi aper
tio: filij mei in celo ꝛ in terra ꝛ in eternũ glo
ria duratiua: igit̃ patientiã habeto Et pia
mr̃. O dñe fons bonitatꝫ vniuerſe: gratias
ago ex q̃ ſic oportet fieri. Saltẽ fiat ſic q̃n-
dam de iſaac factũ fuit: q̃ ex ſola ꝓmptitu
dine voluntatis mori voluit ex q̃ fuiſti cõ-
tent⁹. vel ſic legit̃ d multis quoꝝ mors di
uturna non fuit: ſi videt̃ meliori mõ fieri
aut moriar cũ ipo in cruce. Et dñs pat̃. O
maria ꝓ magnis licꝫ magna facere q2 nego
ciũ ꝓ q̃ agit magnũ eſt. ſ. ꝓ gloria dei. Re
ſtauratio angelica/ redemptio mõi/ victo-
ria diaboli/ et remiſſio pcti. Jõ paſſio ei⁹
non tantũ dʒ eſſe volũtaria: ſed etiã in effe
ctu acerbiſſima Et lꝫ vna gutta ſanguis
ei⁹ foret ſufficiens ad mũdi reſtauratiõeꝫ
ſeu reparationẽ. tñ vt copioſa ſit apud deũ
redemptio: ꝛ ſue charitatꝫ ꝑfectio oñdat̃/
ꝛ multi ꝓ ei⁹ amore ad ſimilia inuitent̃: tole-
randa tãta effuſio ſanguis ei⁹ fiet: ꝛ tãdiu
ꝛ tã acerbe patiet̃. vt videar eũ totalr̃ reli-
quiſſe. Item tot ꝛ tanta miracula fient in
morte ei⁹ ꝙ ſufficerent ad oẽs hoies ꝯuer
tẽdos: ꝛ in charitate incendẽdos: Tñ nul-
lus ad bonũ vltra libeꝝ arbitriũ aſtringit̃
Sic etiam reſuſcitatio lazari ſufficeret ad
ꝯuerſionẽ toti⁹ mõi. Ergo pia mr̃ tibi ſup

plicat filiꝰ tuꝰ vt ipm̄ pati ꝑmittas ⁊ cruci
eius aſſiſtas: ⁊ mihi vlteriꝰ nō ꝯtradicas.
Tibi ſupplicant angeli vt ꝑ illū reſtaurēt
ruina: ꝑꝛes in limbo expectātes. Iteꝝ ſup
plicāt oēs preſentes ⁊ futuri vt ꝑ filiū tuū
ſubijciant eoꝝ ſaluti ꝓ q̄ꝝ re cū incarna//
ſti ⁊ nutriuiſti.

¶ Lamentatio ꝟginis.

¶ O oēs anguſtie ⁊ fletus doloꝛes ⁊ la//
chꝛyme ⁊ contoꝛſio viſceꝝ ſi vnq̄ alicubi
fuiſtis. hic aſſiſtatis ꝓ ꝯſolatione pie mr̄is
⁊ ꝓ compaſſione tā nobiliſſimi filij ⁊ amā//
tiſſimi iuuenis cui nunq̄ fuit ſilis. O coꝛ//
da deuota q̄ ꝺ deo aut amoꝛe materno vn
q̄ aliq̄d ſenſiſtis vna mecū flete: ſuſpirate:
riuos lachꝛymaꝝ deducite. Imo ſi lachꝛy
me mare magnū excederent: adhuc nō ſuf
ficerent. Sed q2 ſic ē voluntas tua dn̄e et
bn̄placitū tuū/ ecce humil' ancilla tua: fiat
mihi ſm̄ ꝟbū tuū. Et tūc pilatꝰ ꝓtulit ſen//
tentiā di. Ego pōciꝰ pilatus auctoꝛitate
imperiali/ in hierl'm ꝓſidens/ audit3 accu//
ſationib9 phariſeoꝝ ⁊ ſcribaꝝ ꝯ̄ ieſū naza//
renum/ iubeo illū cruci affigi ⁊ in ea moꝛ//
te ignominioſiſſima moꝛi.

¶ Sabbato ſancto paſce Sermo.

Ecce aſcendi
mus ⁊c. Compleuit deꝰ die ſe
ptimo opꝰ ſuū q̄ꝺ fecerat Gen̄.
ij. Non erit completū opus q̄uſq̄ aſcēderi
mus hieroſolymā. Ad q̄ꝺ nos ꝓdeſſe po//
terit ſi conſideremꝰ triplex cōplemētū ope
rū de q̄ facit hodie eccl'ia mentionē. ¶ Pri
mū eſt complementū nature/ de q̄ facit ho
die eccl'ia mentionē in ꝑma lectione q̄ eſt
ꝺe mundi ⁊ ꝑcipue hoīs ꝓductione. ¶ Se
cundū eſt cōplementū gr̄e de q̄ fit mentio
in cerei ⁊ aq̄ bn̄dictione. ¶ Tertiū eſt cō//
plementū gl'ie: de q̄ fit mentio i miſſe cele//
bꝛatione. ꝑcipue in euangelio q̄ꝺ eſt ꝺ glo
ria reſurrectiōis. ¶ De ꝑmo Gen̄. ij. Per//
fecti ſunt celi ⁊ terra et oīs oꝛnatꝰ eoꝝ.
De ſcd̄o. j. Coꝛ. xv. Gr̄a dei ſum id q̄ꝺ ſū.
¶ De tertio. Deus oīs gr̄e q̄ vocauit nos
in eternā gl'iam ſuā/ ip̄e ꝑficiat ꝯfirmabit
ꝯſolidabitq̄. j. Pe. vlt. ¶ Ecce ⁊c.

Primꝰ ar. An chr̄s deſcēderit ad ife//
ros: Q2 nō Aug. ad dardanū. ⁊ etiā
ſup Gen̄. ad l'raz Non facile in ſcripturis no
men inferi i bono iuenit': chr̄o aūt nihil ma
li ē attribuēdū. ¶ Contra. in ſymbolo apo.
Deſcēdit ad iferos. Rn̄. Bon̄. in. iij. diſt.
xxij. Nomie inferni aliq̄n intelligit' pena.
Aliq̄n locꝰ pene. P'io chr̄o nō cōuenit de
ſcēdere ad inferos: ſed bn̄ ſcd̄o mō. Deſcē
dit eīn ad illā ꝑtem in q̄ erāt iuſti detēti q̄
cōuenit appellari limbus. Deſcēdit inquā
nō cōpulſus neceſſitate ſ3 ſua volūtate et
ꝑtāte. Rō aūt q̄re voluit ad illos eripien//
dos deſcēdere cū etiā h̄ poſſ3 facere nō de
ſcēdēdo ē duplex. ¶ Prima ꝓpt' ꝯſolatiōez
victoꝝ quā eis exhibuit ꝺ ꝑn̄tia ſua. Ma
gna fuit i h̄ dignatōis oſ̄ſio q̄ ꝑſonaliter
deſcēdit ad eos. ¶ Scd̄a ē rō ꝓpt' ꝯfuſionē
aduerſarioꝝ vt ipi demones cōfunderent'
ex ſua ꝑn̄tia: ⁊ ſic eos vinceret i terra i aſſū
ꝑta natura: ſic ꝺ eis triūpharet apꝺ iferos
ipos iuitos ſpoliādo. Hec Bon̄. ¶ Pro
fun. Multū h̄ canere debemꝰ ne deſcēda//
mus ad inferos Nā ſicut Virg. vj. en̄. Fa
cilis deſcēſus auerni. Noctes atq̄ dies pa
tet atri ianua ditis: S3 reuocare gdū ſupaſ
q̄ euadere ad auras. Hoc opꝰ hic laboꝛ ē:
pauci q̄s equꝰ amauit Iupiter: aut ardēs
euexit ad ethera ꝟtꝰ. Dijs geniti potuere
Expōe hec oīa Et ſenec. i trage. Ingens
voꝛago faucib9 vaſtis patz latūq̄ ꝑ bet oī
bus ꝓplis iter. Querit' q̄ de chr̄o An illuc
deſcenderit ⁊c. Dic rn̄. vt ſ. Ex q̄ ꝯclude
q̄nta ſit erga hoīes beniuolētia chr̄i ⁊ q̄ta
ꝓfūda eiꝰ hūilitas. Vere ſic ꝺt Bern̄. De
ſcendit q̄ntū potuit ⁊ decuit: ⁊ h̄ totū ꝓ no
bis vt nos ꝺ iferno eriꝑet ⁊ in celū ſubli//
maret Auꝺ. pctōꝛes auari: lubꝛici ⁊c. La//
uete ne decetero chr̄m derelinq̄tis ⁊ dia//
bolo ſuiēres: tādē cū eo ad ifernū deſcēda
tis. Tot3 q̄ virib9 chr̄o ſꝑ adherete. Ip̄e
eīn ſolꝰ ꝑt ab inferno eriꝑe. Ip̄e ſolꝰ ꝑt ſal
uare. Vn̄ ⁊ ꝓpterea ad iferna deſcēdit ⁊ pa
tres veteres illumiauit atq̄ īde liberauit.
¶ Figura Exo. xiiij. Deꝰ in colūna nubis
eduxit filios iſrl' de egypto ꝺ manu pha//
raonis. Expōe ſpūalr' ꝑ colūnā ignis: ani
mā chr̄i gl'ioſam: q̄ ad ꝑr̄es deſcēdit. Vn̄
cantat eccl'ia hoꝺ. Hec nox ē in q̄ ꝑmū pa
tres nr̄os filios iſrl' eductos ꝺ egypto ru
bꝛū mare ſicco veſtigio trāſire feciſti. Hec
igit' nox ē q̄ pctōꝝ tenebꝛas colūne illum
natiōe purgauit. Hec nox ē i q̄ deſtructi